

I. N. 9. X 1880361

B. h. II, 57.
h. 8, 10.

JOHAN. CHRISTOPHORI

LIB. BAR. à WOLZOGEN,
DISSERTATIO ACADEMICA
DE

II R
5100

QUÆSTIONE
STATUS,

Quam
CONSENSU

Magnifici Jctorum Ordinis

IN
UNIVERSITATE VIADRINA
DIRIGENTE

DN. SAMUELE STRYKIO, D.

COM. PAL. CÆS. POTENTISS. ELECT. BRAN-
DENB. CONSILIARIO, FACULT. JURID.
ORDINARIO & DECRETAL.
PROF. PUBL.

D. VIII. DECEMBR. ANNO MDC LXXXIIX.

In

AUDITORIO JCTORUM

Horis matutinis

Placido Eruditorum Examini
submittet.

Francfurti ad Viadrum,

Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI.



Placidus Hendricus Examinator
librarius

THE CHRISTIAN LIBRARY



SERENISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
DOMINO.
CHRISTIANO.
ERNESTO.

MARCHIONI. BRANDEBURGICO.
MAGDEBURGENSIUM, PRUSSORUM.
STETINENSIVM, POMERANORUM, CAS-
SUBIORUM, AC. VENEDORUM. UT, ET.
IN, SILESIA, CROSNENSIVM, AC.
SVIBLISSIORUM.

D U C I.

BURGGRAVIO. NORIBERGENSI.
PRINCIPI. HALBERSTADENSI, MINDEN-
SI, AC. CAMINENSI. COMITI, DE
HOHENZOLLERN,

SUPREMO. EQVESTRIS. CÆSAREI.
EXERCITUS. GENERALI.

AC

CONFOEDERATORUM. CAMPI. MARESCHALLO.
VICARIO.

PATRIÆ. PATRI. OPTIMO. MAXIMO,
PRINCIPI. AC. DOMINO. MEO.
CLEMENTISSIMO.

INTER. HERRISONOS. ARMORUM. STREPITUS.
AB. HOSTIBUS. PATRIÆ.

VICTRICES. LAURUS. COLLIGENTI.

ATQUE. AD. BRANDENBURGICÆ. GLORIÆ.
FASTIGIUM. HEROICIS. FACTIS.
CONTENDENTI.

CHARTACEUM. HOC. THEMIDOS.
MUNUSCULUM.

EX. HUMILLIMO. DEVOTISSIMI. ANIMI. CULTU.

ET

FAUSTISSIMO. COMPLURIUM. VICTORIARUM.
FELICIS. PACATI. QUE. IMPERII. OMINE.
VENERABUNDUS.


D. D. D.

Subiectissimus

AUTOR.



Ingressus.



P Rincipes subditis suis imperant, Ratio Status etiam Principibus; gra- viter more suo pronun- ciat Illustris. Dux de RO- HAN in Trutina Statuum Europæ. Quod eò sane intelligendum existimo: esse Rationem Status Cy- nosuram illam Principum, quam intentissimis oculis intueantur semper. Siquidem hæc nihil aliud ambitu suo complectitur, quam arcana il- la, & à vulgi ratione remotiora fundamenta, & media, quibus fundatur, firmatur ac augetur cu- jusvis Imperii Status, teste *Boccalino*. Quæ si ne- gligantur, aut non probè intelligantur, aut custo- dian- tur; facile erit callido Hosti, ea sibi ex illis
ipsis

ipsis parare tela, quibus debellare ex improvise Principem, & universo Statui gravissimam inferre jacturam valeat. Cæterum habent etiam in illa ipsa decantatissima Ratione Status incunabula sua prætensiones illustres omnes, quas inter agmen ducunt famosissimæ Quæstiones Status, quæ non tantum inter eos moventur crebro, qui Civili vinculo continentur, & ejusdem Principis venerantur Majestatem, sed & inter Summas Potestates, & Respublicas, eò periculosius exercentur, quò majori calore suscipiuntur. Hinc innumeræ illæ contentiones, per longa temporis spacia continuatæ, immortales inimiciæ, Rege Regem, Principe Principem, Republ. Rempubl. Libertate, Religione, fortunis, patria, opibus, & Dignitate, imò etiam Imperio ipso exuentibus. Sanè cum Philippus Macedonicus veluti è Specula quadam Græcorum libertati insidiaretur, Magnus Alexander sola ambitione pro Jure nitens, totum affectaret Orbem; Romani, alios Reges deponere, & instituere prælumerent, undè intolens apud *Ammianum* jactatio, *Roma terrarum domina*, id quod egregiè etiam in *Henricis* imitati sunt Pontifices Romani; ut taceam Donationem Orbis Novi Regibus Castellæ & Lusitaniæ sub fide clientelari factam; nonne hoc erat Quæstionem
nem

nem Status Regnis, Imperiis, imò universo Ge-
neri humano movere? Et ne ulterius progredi-
ar, in communi nostra Patria Germania eadem
nunc luditur alea, periculosissimo nî DEUS aver-
tat omen, jactu. Vix enim truculentissimus
Christiani nominis hostis Turca, Orientis, qua la-
lè patet, Imperator, Qvæstionem de occupando
Imperio Occidentis, animo demisit suo, ex Vien-
nensi agro, aliisq; Hungariæ, Bosniæ, Sclavoniæq;
finibus magna strage rejectus, adeò, ut Inviçtissi-
mus LEOPOLDUS, succenturiante & justam
causam victoriis variis, adjuvante DEO, ipsis
Turcis jam, majori tamen jure, qvæstionem de tot
Regnis, provinciisq; imò ipsis Europæ, Asiæque
terminis movere videatur. Quid Gallia interim
tot langvinis, fideiq; vinculis, ut credebatur, fir-
missimis, Imperio Romano Germanico innexa?
Tot & tanta undiquaq; erecta Victricis Aquilæ
trophæa obliquis, & invidia livore suffusis intue-
batur oculis, & dum in societatem Victoriæ ve-
nire haud poterat, alia ex parte desiderio suo sa-
tisfactura, Rheni, Moeni, Nicri, & Mosæ fines ten-
tat, difficillimamq; qvæstionem de libertate Ger-
maniæ, stupente universo Orbe, instituit. Mo-
vit hæc cruenta Qvæstio in umbratili Musarum
palæstra mihi decertanti animum, ut, postquam
Sue

Superiorum venerando iussu, Specimen aliquod
Academicum nobis elaborandum, ante aliquot
septimanas injungebatur, de Quæstionibus Sta-
tus generatim quædam commentari, & quæ in
hac materia hinc inde sparsim collegimus, Aca-
demici Exercitii vice, publicæ Doctorum venti-
lationi exponere haud dubitaverimus. Licet au-
tem & argumenti propositi gravitas, & tempo-
ris ad abitum injuncti angustia, justam mihi præ-
bere possint excusationem, placet tamen, non nisi
si solo me tueri titulo istius ætatis, qua, ut cum Fas-
bio loquar, *Et venia est, Et spes, Et favor, Et
audere non dedecet, Et si quid desit operi, etas
supplere potest.* In quo & sincero tuo B. L. fa-
more confisus, bono cum DEO auspiciabor

DIS-

(1)

DISSERTATIONIS
De
QVÆSTIONE STATUS
CAPUT I.
De
INDOLE QVÆSTIONIS
STATUS, VARIISQVE RE-
RUMPUBL. CASIBUS.

SUMMARI A.

<p>Vocabulorum <i>ambiguitas</i> <i>removenda.</i> n.1. & seqq.</p> <p><i>Quererere quid significet?</i> n.4.</p> <p><i>Questio quotupliciter sumatur.</i> n.5. seqq.</p> <p><i>Questiones Facti.</i> n.9.</p> <p><i>Quatenus he sint in arbitrio Judicis.</i> n.10.</p> <p><i>Questio pro tortura sumitur.</i> n.11. seqq.</p> <p><i>Questio pro controversia capitur.</i> n.15.</p> <p><i>Que acceptio est hujus loci.</i> n.16.</p> <p><i>Status vocabulum quid involvat?</i> n.17. seqq.</p> <p><i>Status naturaliter quotupliciter capiatur.</i> n.19. seqq.</p> <p><i>Status acceptio Civilis.</i> n.21</p> <p><i>Et Jura suum habent Statu.</i> 22.</p>	<p><i>Sicut & Civitates.</i> n.23.</p> <p><i>Ejus acceptio apud Rhetores & Logicos.</i> n.24.</p> <p><i>Status Personarum quid involvat?</i> n.25.</p> <p><i>De Statibus Imperii.</i> n.26.</p> <p><i>Stricta Status Civilis appellatio.</i> n.27. seqq.</p> <p><i>Sedes Questionis Status.</i> n.29.</p> <p><i>Latius hac materia in Disput. capitur.</i> n.30.</p> <p><i>Descriptio Questionis Status.</i> n.31.</p> <p><i>Ejus explicatio.</i> n.32.</p> <p><i>De Questionibus in Statu Naturali oriundis.</i> n.34.</p> <p><i>Quid intelligatur per statum naturalem.</i> n.35. seqq.</p> <p><i>Exemplum Questionis Status inter Hispanos & Belgas.</i> 37. f.</p>
---	--

A

Que



CAP. I. DE INDOLE

2	<i>Quaratione hac composita.</i> n. 39	<i>pe movetur.</i>	n. 51.
	<i>Quæstio Status inter Regem Hispania & Portugallia.</i> n. 40.	<i>De Charactere Legatorum.</i> n.	52 seqq.
	<i>Ejus compositio.</i> n. 41.	<i>Exemplum Legati Maria Regina Scotia.</i>	n. 55.
	<i>De Prærogativa frequentes Summarum Potestatum Controversia.</i> n. 42.	<i>Varia quæstiones illa occasione in Anglia decisa.</i> n. 56. sq.	
	<i>Exemplum ejus inter Aetolos & Romanos.</i> n. 43.	<i>Prætensiones Illustres ad Statu quæstiones pertinent.</i> n. 61.	
	<i>Prærogativarum decisio difficilis.</i> n. 44. seqq.	<i>Sæpius per Indirectum Statu variis prætextibus præjudicatur.</i>	n. 62.
	<i>Exempla Quæstionum de Præcedentia.</i> n. 46. seq.	<i>Exempla subjiciuntur.</i>	n. 63.
	<i>Plura de hac materia remissivè.</i> n. 50.	<i>Fædera inæqualia an immi- nuant libertatem Status alterius.</i>	n. 64. seqq.

1. **N**ihil quidem minori Curiositate & scribi vulgò, & perlegi solet, quam ea tractationis pars, quæ rerum nomina evolvit. Sed dandum tamen omninò est, tot rebus & conceptibus rerum, universi ferè orbis voces ad exprimendum, non sufficere, quid dicam de unius linguæ idiomate.
2. Unde necessitas imposuit hominibus diversas res unico sæpe vocabulo exprimere, id quod non potest non æquivocationes parere. Ab ejusmodi ambiguo nominum sono ut caveamus, Consilium est Grotii
3. de J. B. & P. l. 1. c. 3. §. 10. nobis in tantum non improbandum, ut potius Tractationi huic universæ de Quæstione status singularum vocularum evolutionem & differentiam præmittere tam necessarium, quam proficuum futurum rati simus. Quæstionis
4. voca-

Vocabulum unde descendat vulgò notum est; Cum autem verbum *quære* non tantum significet *interrogare*, sed *inquirere*, *indagare*, quorsum illud Terentii: *Ubi quæram? Ubi in vestigem? quem perconter?* conf. L. 25. ff. de servit. L. 8. ff. de usufr. ear. rer. Inde factum, quod nec *Quæstionis* vox eodem semper significatu veniat. Vulgariter enim *quæstio* non nisi *interrogationem* denotat; quamvis in jure *interrogatio* magis ad nudam facti *indagationem*, tot. tit. ff. de inter. rogat. in jur. fac. *Quæstio* autem ad eliciendam juris dubii *decisionem* adhibeatur. Quoties enim *quæstionis* mentionem faciunt *Jcti*, *dubium* juris in ejus *decisione* subesse innuunt, exempla adlunt in L. 25. §. *Quæstionis est* 3. ff. de usufr. L. 8. pr. ff. de Religiosis. L. *Quæstio* 115. pr. ff. de V. S. Quam ob causam *tritum* seu sæpius motum *dubium* dicitur *quæstio vulgata* L. 1. §. 2. ff. pro dot. & si valde *dubium* quicquam supponatur. hoc *magna quæstionis* esse dicitur L. 7. §. 1. ff. de except. rei jud. Dum vero dixi, ad *dubia* juris applicari vocem *quæstionis*, non penitus excludo *dubia facti*, quatenus sc. & hæc *dubiam* juris applicationem faciunt; hinc *quæstio tam juris quam facti* dicitur, in L. 11. §. *mulier* 12. ff. ad L. *Jul. de adult.* Cum ergo alibi monet *Jctus*, *quæstiones facti* esse in arbitrio *judicis* L. 15. pr. ff. ad *Manicip.* L. 1. §. 4. ff. ad *sc. Turpill.* hoc est: *judicis* est *arbitrari*, quatenus illud quod in *facto* proponitur, *veritati* congruat; quo fine in ipsum *factum*, sollicitè *judici* *inquirendum*.

Cum ergo & *facti quæstiones* sive *inquisitiones* ad *judicem* pertineant, inde durior illa *inquisitio* ad *crimina*, quæ non *verbis* tantum, sed & *tormentis* expeditur, *Quæstionis* nomen in jure *meruit*: Huc

- 4
it: Huc pertinet integer ff. *Titulus de Quæstionibus.*
12. Quamvis enim hic aliqui existiment, quæstionem non pro ipsa tortura in hoc titulo, sed pro interrogatione quæ fit in tortura accipi; Textus tamen juris nostri reclamant, ubi regulariter in criminibus torturæ æquipollet, ita tamen ut illam interrogationem durante tortura factam simul comprehendat. Sic in L. 1. ff. *de Quæst.* dicitur; *in criminibus eruendis quæstionem adhiberi. Et quæstionis modus ita à iudice arbitrandus, ut salvus sit reus, vel innocentia vel supplicio.* L. *quæstiones* 7. ff. *d. t.* Imo aperte Jctus in L. 15. §. 41. ff. *de injur.* inquit: *Quæstionem intelligere debemus tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem, nuda ergo interrogatio huc non pertinet.* Et postea subjicit, etiam malam mansionem seu carcerem Quæstionis nomine
13. venire. Correspondet huic Germanorum phrasis, *einen mit der scharffen Frage belegen* / quod communiter tertium torturæ gradum denotat.
14. Porro quæstionis vocabulum frequentissimè pro controversia mota alicui capitur, sic sine quæstione rem possidere dicitur, qui sine controversia possidet L. ult. §. ult. ff. *de rescind. vendit.* Pari sensu prædia in quæstionem venire dicuntur l. 21. C. *de probat.* add. L. 2. ff. *de his quæ intestam. delent.* L. 49. ff. *de jure fise.*
15. Et hæc acceptio præsentis materiæ quadrat; quæstionem enim status, controversiam de statu alicui motam denotat. Sic quæstionem status alicui facere, dicitur in L. ult. ff. *pro derelict.* L. 39. §. ult. ff. *de liberal. causa.* vel quæstionem facere de statu l. 5. pr. ff. *de jur. patron.*
16. Status vocabulum non minores patitur ambiguitates; Generaliter verò omne illud status nomine ve-
17. ne ve-

ne venit, quod ad subsistentiam alicujus rei, sive naturalis sive civilem pertinet; Status enim a stando 18. dicitur, unde ad statum omne illud referri meretur, in quo quis in presentia constitutus est; quod & ea propter *status presens* dici solet: sive, quod in negotiis publicis frequentissimum est, si forte controversia de aliqua re mota componi non potuerit, caveri solet *daß es damit in statu quo sollte gelassen werden.*

Quando ergo status naturaliter capitur, tunc 19. aut habitudinem illam denotat, in qua homo aut res aliqua deprehenditur; aut jus illud respicit, quo homines naturaliter extra societatem civilem inter se utuntur, de quo statu naturali inferius dicetur. Prioris autem acceptionis varia dantur exempla apud 20. Autores Clasicos, quando statum hominis rectum, decorum, indecorum, dicunt: quamvis in jure rarius illa significatio occurrat; Referri tamen huc meretur *L. 1. C. Theodos. de Offic. Rect. Provinc.* quo sensu, & ædibus adscribitur status *L. 18. C. Theodos. de pagan.*

In Civili sensu capitur status vocabulum vel late 21. tere, vel strictere; Illo modo omnibus negotiis civilibus applicatur, tam juribus, quam rebus & personis. Habent enim jura uti certam subsistentiam, ita suum statum, quo æstimari debent. 22. Datur status obligationis *L. 9. §. 1. ff. de duob. reis.* Promissio statum capit ex promittentis voluntate *L. 108. §. ult. ff. de V. O. & obligatio in suo statu manere L. heres 21. pr. ff. de fidejuss.* Testamentum quoque in eodem statu esse dicitur *L. 8. §. 3. ff. de jur. Codicill.* Imo de omni negotio civili generaliter dici solet, illud tacitam habere conditionem: *Rebus in eodem statu manentibus, vel quod idem est: Rebus sic stantibus.* Vid. *Marta. Tract. de Claus. P. 1. Claus. 143.*

23. Porro & universitatibus vel civitatibus tribuitur status Solenne est, jus publicum dicere illud, quod *ad statum rei Romanæ* pertinet §. *fin. f. de f. & f.* hoc est, ad subsistentiam regiminis; quorsum & Status Ratio pertinet. Pariter & status civitatis occurrit *in L. 3. C. Theodos. de Calc. Coctor.* ibi: *statum urbis æternæ reforma-*
- 24 *re cupientis.* Rhetores & Logici causarum ventilationi certum adscribunt statum, à quo non alieni Juri: Nam & hi controversiæ statum agnoscunt, quando in hoc quæstionem consistere dicunt, *in L. si. §. ult. ff. de acquir. possess.*
25. Personis in sensu latiori si status applicetur, denotat qualemcunq; ejus conditionem, oppositam statui strictius sic dicto libertatis, civitatis & familiæ. Sic personæ tribuitur status dignitatis *L. 5. ff. de Var. & extraordin. Cognit.* status functionis *L. 149. in fin. Cod. Theodos. de Decurion.* Status publicus. *L. 2. Cod. Theodos. de his qui condit. prohib.*
26. Quorsum trahenda Statuum Imperii appellatio, quæ dignitatem pariterque functionem publicam, sive consultationem de negotiis Reip. ad ejus subsistentiam pertinentibus importat; Omnibus enim Statibus hoc jus deliberandi & consultandi confirmatum per Instrum. Pac. *de Anno 1648. artic. 8. §. Gaudeant.* & hoc genuinum Status Imperii formale est, de quo *Cap. seq.* dicendum.
27. Strictè autem in jure nostro capitur Status vocabulum, quatenus dignitati opponitur §. *2 I. de Cap. diminut.* & denotat conditionem civilem, ob quam quis diverso Jure Communi in Rep. utitur; qui Status vel libertatem, vel civitatem, vel familiam concernit, de quo integer *tit. ff. de Stat. homin.* Et hoc sensu ferè regulariter in jure nostro status vocabulum venit, & lites huc pertinentes vocantur *Causæ status*

tit.

QVÆSTIONIS STATUS &c.

*tit. Cod. ubi causa status. & tit. ff. ne de statu defuncti. post
quinquenn. Imo & liberales causæ dicuntur, quatenus
statum libertatis concernunt, nam ex controversia
status oritur liberale iudicium L. 6. §. 3. ff. de Carb. E.
dict. Add. tit. ff. de Liberal. Caus.*

Ita jam singulas excusimus voces, restat; ut con- 29
iunctim illas lustremus; occurrit vero Disputationis
nostræ Rubrica, sive *Qvæstio Status* iunctim in L. 3.
C. de iudic. L. 1. Cod. Ord. iudic. L. 3. C. ubi causa stat. L. 4. C.
ne de stat. defuncti. L. 6. §. 18. ff. de Excusat. Tut. Et eidem
æquipollet controversiâ status L. 3. §. 9. & 10. ff. de Car-
bon. Edict. L. 8. §. si quis ff. rem rat. haber. L. 39. §. si status
ff. de Procurat.

Verùm cum, uti antea monui, Status vocabulum 30
in his status qvæstionibus, quarum mentionem faci-
unt LL. Romanæ, strictè capiatur, pro statu privato
personarum Libertatis, Civitatis & familiæ; Nostrum
vero propositum non sit circa hæc subsistere, inde
Qvæstiones status hic latius capimus, pro omni con-
troversia quæ alicui movetur ratione conditionis ci-
vilis, quæ quisq; in Rep. gaudet, sive hæc conditio
publica, sive privata sit; sive concernat personam per
se, sive personam propter rem, quam possidet.

Facile licet exinde colligere, quæ ratione descri- 31
benda sit status Qvæstio, videlicet est controversia
alteri de conditione civili, quæ in Republ. fruitur,
mota, ad illam imminuendam vel tollendam. Ver- 32
ba præsentis descriptionis per se patent; Quare con-
troversiam dixerim, ex antecedentibus patet; Obje-
ctum hujus controversiæ est quævis conditio civilis,
sive dignitatem illa concernat, sive jura dignitati &
officio publico connexa, sive deniq; libertatem indu-
bium

biūm vocet, aut jus civitatis vel familiæ alicui disputetur. Latior enim status significatio nostræ disputationis objectum est, unde & quæ ipsis Imperii Statibus, an reverâ tales sint, moventur controversiæ, huc pertinent, uti ex *Cap. seq.* apparebit. Finis quæstionis status est, ejusdem imminutio, vel totalis mutatio: Omnes enim controversiæ status eo tendunt, ut præsentī statione dejiciatur reus, & in deteriorem statum conjiciatur.

34 Verum cum antea statūs naturalis facta mentio, & in hoc quoque non cessent status quæstiones, exempla quædam de eo hic adduxisse non pigebit.

35 Intelligimus autem hic significatione status naturalis non illam conditionem, in qua à creatore homo est constitutus, dum eximium præ cæteris animal eundem esse voluit, intellectu sc. & ratione præditum, qua ratione ei opponitur vita & conditio Brutorum *vid. Dn. Pufend. de offic. hom. & civ. l. 2. c. 1.*

36 Sed statum naturalem consideramus in contradictione ad statum civilem, sc. quatenus quis, vel quædam certa universitas, nulli alteri est obstricta, nullum habet communem Dominum, nisi DEUM & Ensem, ac proinde una tam libera est, quam altera, & hinc, uti supra dictum, nullo civilium LL. vinculo ligantur, sed communi omnium hominum jure utuntur. Qvalis status jam est inter diversas civitates & Republicas.

37 In hoc statu naturali gravissimæ sæpius oriuntur status controversiæ, dum Princeps Principem, Resp. Remp. de statu ac dignitate dejicere, alterve alterum sibi subjectum, vel se inferiorem esse cupit. Ubi ut vetera controversiarum exempla omittamus, ex recen-

38.
 Ex recentioribus exemplis non ignota est illa sta-
 tus qvæstio, quam Philippus Rex Hispaniæ, de liber-
 tate, Belgis circa initium hujus seculi subindè move-
 rat. Imprimis hoc testantur ipsæ literæ, quas ad Or-
 dines Belgicos 1607. ad inducias belli Belgici à fratre
 Alberto, & Sorore Isabella, Archiducibus factas, con-
 firmandas, Rex Hispaniæ mitteret. Quibus non levi-
 ter statum suum libertatis læsum esse Belgæ existiman-
 tes, eas rejecerunt: *Culpabant enim in illis prætermisio-
 nem defectumq; solennitatum nequaquam negligendarum
 in tam gravi negotio: quod in papyro non in membrana
 conscriptum instrumentum esset, quasi sumptus aut opera
 pæniteret; quodque Rex nomen subscribere non esset digna-
 tus, uti adsolet quum ad Principes scribit juri suo non sub-
 jectos, sed superbum illum titulum substituisset. Jo el Re,
 Ego Rex, quasi ad subiectos populos scriberet, ut imperata exe-
 qverentur; Deinde quod per fastum & contemptum mi-
 nusculo non majore sigillo, tantæ rei monumentum obsigna-
 tum esset, quasi de lana caprina certamen foret & quo non
 jaci deberent fundamenta speranda in æternum pacis, in-
 ter populos qui penè per annos quadraginta bellum pro li-
 bertate, ac legitima sui defensione toleraverant. Sed præci-
 pue fœcundam offensionibus materiem præbuit, quod Ar-
 chiduces ibi nominantur Principes, Domini & proprietarii
 totius Belgii. Quid enim aliud indè elici aiebant, quam
 ut unita Provincia habeantur pro accessione & appendice
 Hispanica dominationis? Quid magis pugnare cum animo
 resignandi quæcunq; jura, quæ sibi vindicavit olim Austriaca
 domus in hæc fœderatas regiones? Deniq; quod ibi nulla ap-
 pareret mentio unitarum provinciarum tanquam liberi po-
 puli, suoq; jure utentis Reipb. id sine meditamento frau-
 dis prætermisum non fuisse, haud magis quam in sacra-
 mentis*

mentis administrandis sacramentalia verba, aut heredis institutio in ordinandis testamentis omitti potest. quæ & plura refert Baudius de Induciis Belli Belgici L.1. p.16. seq. Ex his facile quilibet perspicere potest: Regem Hispaniæ in id unice vires suas intendisse, ut libertatem Belgarum, vel planè negaret, vel ad minimum disimularet in detrimentum eorum. Nostro tempore hæc controversia in totum sublata Pace Monasteriensi inter Philippum Regem Hispaniarum, & Ordines Generales foederatarum Belgij provinciarum *artic. 1. Inprimis declarat dictus Dominus Rex, & agnoscit dictos Dominos Ordines Generales unitarum provinciarum Belgicarum & provincias ipsas respectivè, cum omnibus sibi associatis ditionibus, urbibus & terris appartenentibus, liberos & supremos Ordines, provincias ac terras, &c.*

40 Pariter gravissimam controversiam de statu Regio, Portugalliæ Regi, intendebat nullo non tempore, Rex Hispaniæ. Constat hoc ex ipsis instrumentis publicis. (1) Pace Osnabrugensi *Art. 17.* protestabantur Plenipotentarii Cæsarei: *Quod firmiter inhereant sua protestationi ac declarationi antehac sapius ore ac scripto facta, sc. quamvis ex parte Serenissimæ Regina Suevia includatur Rex Lusitania, quod ipsi nullum alium Regem Lusitania agnoscant, præter Hispaniarum Regem Philippum huius nominis quartum, atque cum hac protestatione ac declaratione Instrumentum Pacis hodiè subscripturi sint.* Et (2) in Tractatibus Pyreneicis *art. 60.* Rex Hispaniæ, contestabatur, se non ante acquiescere, donec res dicti Regni Lusitaniæ in eum statum restituerentur, in quo antè mutationem, quæ mense Dec. anni supra millesimum sexcentissimum quadragesimi fuerant. Quo ipso universum Statum Regium Portugalliæ in dubium

voca-

vocavit. Neq; enim Regnum esse sui Juris, sed idem sibi adhuc subjacere assererat, quia status ille anni quadragesimi in Portugallia talis erat, ut Hispanicum Regimen adhuc sustineret. Sed quod magis erat, eò usq; in hac controversia Rex Hispaniæ progrediebatur, ut ingentibus ipsius minis motus Papa Urbanus VIII. Apostolicam Benedictionem, licet sæpius petitam Johanni (qui Lissabonam primum occupans ibidem solenniter coronatus fuit) constanter denegaret Thuldenus in *Continuat. Brachelii Enneadis 1. lib. 6. p. 301.* Durabat hæc status controversia per 30. ferme annos 41. usq; dum an. 1668. interveniente Mediatione Regis Angliæ ita invicem paciscerentur; ut Regi Portugallia à Rege Hispania Titulus Regis tribueretur, & promitteretur, suo interventu se effecturum, ut Portugallia Rex Benedictionem Pontificis M. impetraret. Dn. Becman. in *Histor. Civ. cap. 2. num. 7.*

Cæterum quæstiones illæ status, quæ moveri 42 inter summas Orbis Potestates solent, non semper eò tendunt, ut alter alterum statu suo dejiciat penitus; sed non rarò ad dignitatis alienæ imminutionem & ea propter obtinendam prærogativam. Quorum sum pertinet celebris illa status quæstio, quam Æ- 43 toli olim Romanis nomine Acarnanum bellum denunciantibus, & simul originem suam à Trojanis derivantibus, movebant his verbis: *Quos homines Romanos esse? Nempe pastores, qui latrocinio justis dominis ademptum solum teneant: qui uxores cum propter originis dehonestamenta non invenirent, vi publica rapuerint: qui deniqvè urbem ipsam parricidio condiderint; murorumqve fundamenta fraterno sanguine asperserint. Ætolos autem Principes Graciæ semper fuisse; & sicut dignitate,*



tate, ita & virtute ceteris prestitisse: vide Justin. lib. 28. c. 2. quo ipso statum dignitatis Reip. Romanæ nimirum operè imminutum voluerunt.

- 44 Hanc verò dignitatis & prærogativæ controversiã quod attinet, cum fatendum sit, hic tanquam inter pares, & quorum neuter neutri prærogativam sit cessurus, difficillimam esse decisionem, præcipuè cum communes Tituli, antiquitatis, potentia, amplitudinis, splendoris &c. vix ac ne vix quidem sufficiant ad probandũ
- 45 vid. Dn. Pufend. l. 8. c. 4. 17. seq. quamvis ubi Princeps aliquis vel pro sua persona, vel ut caput populi sui, dignitatem hanc acquisiverit, vel pacto expresso, vel tacito, tunc status controversia circa præcedentiam ipsi non amplius movenda. Freqventissimæ tamen ubiq; supersunt, controversiæ, quæ ratione dignitatis & exinde fluentis præcedentiæ nullo non tempore motæ
- 46 sunt. Notior est, quam ut multis referri debeat famosissima illæ de jure præcedentiæ exorta controversia inter Reges Hispaniæ & Galliæ in Concilio Tridentino. Cùm enim Legatus Hispaniæ primum locum obtinere non posset, se nolle quidem antea dicebat, se tamen cogi non posse, ut Francorum Legatos sequeretur, quod refert *Lansius in Orat. pro Gallia pag. 202.* Et iterum Londini Anno 1667. inter Estradam Galliæ, & Batavilleum Hispaniæ Legatum magna cum vehementia de ordine servando in Rhedarum Processu certatum, ita ut Legatus Galliæ etiam vim pateretur, qua de causa Philippum IV. Regem Galliæ sequenti anno placasse constat ex Diario Europæo cent. 7. p. 252. dum Legatis suis injunxit, ut apud exteros Principes omnibus illis abstinerent Locis, ubi occasio daretur præcedentiæ. Sic Philippus Regiæ digni-

dignitatis immemor, induit genitorem, non inglorium putans illi cedere, cui viscera cessisset, & Juvenili Ambitioni non invidit senex & socer ait Priolus de Rebus Gallia l. 12. c. 3. Haud levis controversia præcedentiæ Regis Portugallia & Poloniae est, de qua fusè agit Andreas Crusius *de Præcedentia* L. 3. c. 7. ubi facerem illud Polonici Legati factum ex Hottoman. *de la charge & dignité de l' Ambassadeur* refert: *Concurrerent apud Carolum V. Imperatorem, Legatus Sigismundi Regis Polonia, & Legatus Portugallia. Ille cum Legatum Regis Portugallia aliquando, ad eum sacram ante se ingressum, ad eum, priori loco asistentem cerneret, porrecta manu velut ad colloquendum eum invitavit, inque assurgentis locum ea promptitudine sese immisit, quæ & Imperatori & qui aderant, omnibus risum movit.*

Excipit hanc decantata lis, quam Respublica Veneta cum Duce Sabaudia fovet, de qua extat peculiaris libellus *Graswinkelii de præced. sereniss. Reip. Venetae & Sabaudi Ducis.*

Cæterum uti præsentis pagellæ, imo densissimum opus non sufficerent tot tantisque de præcedentia litibus, quæ vel Anglus cum Hispano, vel Polonus cum Portugallis, Svecus cum Dano, vel cæteri cum reliquis habent: ita satis erit, nonnullos tetigisse saltem Authores, qui in specie hoc argumentum tractarunt. Quorsum spectat Sauter. *de prærogativa Imperatoris contra Sorellum.* Hieronymus Bignon & Auberius *de prærogativa Regis Gallia.* Waldefius *de prærogativa Regis Hispan.* Jacob. Howel *de præcedentia Regis Anglia.* Nicolaus Ravaltus *Regis Svedia prærogativam singulari Oratione defendendam suscepit.* vid. *peculiarem Disputationem de Prærogativa Dn. Becmanni,*



Præceptoris, nunquam sine honoris recordatione mihi nominandi.

51. Hæ ipsæ status & dignitatis controversiæ non tantum ipsam Principis personam & Regimen, sed & eorum Legatos tangunt, dum de splendidissimo eorum characterem non infrequentes moventur controversiæ. Characterem verò eorum quod attinet, gaudent illi, præeunte Grot. *de J. B. & P. L. 2. c. 18. th. 3.* præcipuè duobus hisce privilegiis, (1) ut qui characterem hunc habent, admitti debeant, h. e. non sine gravi causa rejiciantur. Ratio, quia transigendi causa mittuntur, ad quod si non admittantur, nullus finis litium humanarum foret. Quod ipsum tamen rectè limitat Grot. nisi causa mittendi aut suspecta, aut non ex dignitate, aut temporibus conveniens. Sic omninò Principes nostros Evangelicos rejicere Legatos Pontificis & Nuncios notum, quia Pontifex præjudiciosas qualitates, & formalitates non deponit. (2) Ne violentur, vices enim mittentis gerunt, qui quicquid ipsis accidit, sibi vel honori vel contumeliæ ducit, eoq; universæ Reip. loco sunt, quæ lædi aut contemni sine præsentissimo metu non potest. Dn. Becman. *in Med. Pol. c. 16.* Quandiu ergò intra officii sui limites se continet legatus, injuste quæstionem illi de characterem suo moveri credo; secus si illas egrediatur, nam si crimen aliquod committat atrocius, & quod ad publicum malum spectat, pro Legato non habendus.
55. Meretur adduci præ omnibus illustre illud exemplum Episcopi Rossensis, Legati Mariæ Reginae Scotiæ tunc temporis captivæ, & in Scotia jam exauctora-tæ, quem pro Legato in Anglia amplius recognoscere volebant. Cùm enim ille criminis publici machinator

nator argueretur, diu quid de illo agendum, seriò de-
 liberatum. Tandem cognitio hujus causæ committe-
 batur summis aliquot in Anglia Jctis, ut super sequen-
 tibus quæstionibus responderent.

Primùm, *An Legatus qui rebellionem contra Prin-* 56.
cipem ad quem legatus, concitat, Legati privilegiis gaude-
at, & non ut hostis, pœna subiaceat? Responderunt,
 Jcti, ejusmodi legatum jure gentium, & civili Ro-
 manorum omnibus legati privilegiis excidisse & pœ-
 nâ subjiciendum. Secundò, *An Minister, aut Procu-* 57.
rator Principis, qui publica authoritate abdicatus, & in-
cujus locum alter est inauguratus, legati privilegiis gau-
deat? Responderunt, si ejusmodi Princeps legitimè
 fuerit abdicatus, ejus procuratorem Legati privilegia
 non posse vindicare, quandoquidem nulli, nisi abso-
 luti Principes & qui Majestatis jura habent, Legatos
 constituent. Tertiò, *An Princeps qui in alterius regnum* 58.
venit, & sub custodia habetur, suum Procuratorem ha-
beat, & an ille legatus habetur? Responderunt, si ejus-
 modi Princeps Principatu non exciderit, Procurato-
 rem habeat: Verùm an Procurator ille Legatus re-
 putetur, hoc ex authoritate delegationis dependere.
 Quartò, *An si Princeps ejusmodi Procuratori, & Principi* 65
sub custodia denuntiet, Procuratorem istum non amplius
jam inde pro Legato habendum fore, an Procurator iste Le-
gati privilegia ex jure vindicet? Responderunt, Princi-
 pem posse prohibere Legatum, ne Regnum intret,
 & jubere ut regno exeat, si intra terminos Legato
 præscriptos se non contineat; interim tamen ille Le-
 gati privilegiis pro authoritate delegata fruatur. Ex 60
 quibus Jurisprudentum Responsis Rossensi Legato
 denunciabatur à Consiliariis Anglicis, illum non am-
 plius

plius posse characterem Legati sustinere, adeoq; non pro tali agnoscendum, sed, ut, perniciosè meritum, malè mulctandum, vid. Camdenus *in Annal. Elisabethæ Part. 2. p. 208.*

- 61 Cæterum ad Quæstiones Status adhuc referri possent prætensiones illustres ferè omnes, multis seculis retro & adhuc hodie Rebus publicis, Principibus aliisque liberis gentibus motæ, de quibus Sprengerus, Bœclerus *in Notit. Imp. l. 5. c. 2.* & minori diligentia Lucas de Linda, separatim egerunt; quibus etiam jungendus J. Andreas Crusius. *Tr. de Jure Prædrias & imprimis p. 530. seqq.* ubi controversiam Venetis à Pipino factam, qua propè ad extrema redacti sunt, prolixè tractat: Cui geminam nuper experti sunt à Rege Galliæ Genuenses. Equidem fatendum; quemadmodum nulla populorum actio adeò injusta, quin ei color ad minimum, & justæ quædam species prætendatur; ita alienæ libertati insidiandi protervitas, ut plurimum Titulis sociorum, Protectionis, feudi, aliisque involvitur. Ita jam olim Latini querebantur, sub umbra fœderis Romani servitutem se pati. Fumenes apud Livium Rhodiorum socios verbo esse socios, revera subditos, clamabat, ut ex Halicarnassæo, Livio & Polybio, pluribus additis exemplis, tradit Grotius *Lib. 1. c. 3. th. 21.* & prætextu fœderis & protectionis titulo magnam olim Frisiæ partem, Gröningos sub Imperium suum rede gisse, ex Ubbonis Emmii *Histor. Fris.* notat Fostnerus *ad Tacitum pag. m. 14.* de Turcis ratione Wallachiæ, Moldaviæ res nota.
- 64 Sed videndum, an Protectio, Feudum, aut etiam stipendium Superiori alteri exsolvendum, mutet Statum, & adimat Libertatem iis, qui se ad id fœdere ob-
- strin-

trinxerunt, & alteri viceversa tribuat jus superiorita-
 tis, quavis ratione vindicandum? Quando Jctus Pro-
 culus l. 7. §. 1. ff. de Capt. & Post. Populum liberum de-
 finivit, quod sit, qui nullius alterius potestati sit sub-
 jectus; statim subjungit ejusdem Libertatis duas spe-
 cies, unam eorum, qui sunt in æquo fœdere, alteram
 eorum, qui inæquali fœdere tenentur; Hoc fœdus in- 65.
 æquale describitur à Grotio, non ratione virium sed
 honoris & præfidii, id est, tenetur quis ex eo alterius
 Imperium & Majestatem conservare, ita scil. ut poten-
 tiori plus honoris, & infirmiori plus auxilii defera-
 tur. Ejusmodi verò fœdus inæquale ex Populis libe- 66
 ris non efficere subiectos, nec diminuere Imperium
 tum elegantissimi declarat Jctus, Patroni & Clientis,
 in statu Civili, quorum neuter neutri sit subiectus, li-
 cet alter ab altero beneficium habeat, eumq; reveren-
 ter colat. Accedit quod Prorectores nihil nisi auxi-
 liares sint Rerump. & consequenter Imperio in Rem- 67
 publ. careant. Hoc ipsum etiam testantur varia Pro-
 rectoratum exempla; Reipubl Genuensis, quam Rex
 Hispaniæ protegit. Genevæ, ad cujus protectionem
 Helvetii decem millia militum in Cantone Tygurino
 parata quovis tempore habent. Civitatis Embdæ, cu-
 jus Ordines Belgii Protectores, &c. quæ tamen ea 68.
 propter nullibi subiectæ. Quod de protectione asse-
 ruimus, tantò etiam de nexu feudali, eo scil. quo Res-
 publica ut talis Reipublicæ tenetur, affirmari posse sta-
 tuimus; scil. eo ipso non tolli statum libertatis. Qua-
 lis facies est Regni Neapolitani respectu Pontificis.
 Sive enim in hoc nexu consideremus obligationem
 personalem, ea cum inæquali fœdere coincidit: Sive
 spectemus obligationem realem. Origo distinguen-
 da est

69 da est ab ipso Imperio. Grot. *l. 1. c. 3. th. 23.* Kulpis *ad Grot. h. l.* Hinc Pontifex quidem jus dedit Imperii Hispano in Neapolitanum Regnum, attamen nec hac ratione dici potest, Regem Pontifici subesse. Nulla siquidem ex hoc regno ad Pontificem datur Appellatio. Vel status ipse imperii secernendus est ab Administratione ejus; & Potestatem summam non tollit, siue hac siue alia ratione quis eadem utatur Grotius & Kulpis. *d. l.*

70 Supereft, ut de Pensionibus siue Stipendiis dispiciamus quæ à Paribus solvuntur Potestatibus, hæc quia non in recognitionem superioritatis dantur, sed vel ad redimendas injurias, vel Tutelam comparandam, quid libertati populorum adimant, non video. Vocantur aliàs donativa, quæ Ferdinandus I. Solimanno pacis in Hungaria faciendæ causa, & Imperator Turcicus Arabis mittere adigebatur. Sprenger *de Præfensionib. Illustr. p. 161.* Dn. Becman. *in Polit. Paral. c. 20.* qui plura ejusmodi exempla ibid. exhibet.

CAPUT II.

De

QVÆSTIONE STATUS
IPSI IMPERII ORDINIBUS

MOTA.

SUMMARIÆ.

Connexio capit. n. 1.	Ut & Imperatoribus non legitime electis.	n. 4. seq.
Questio Stat. interdum ipsi Pontificibus moveri solet.	Status Questio qua Ordinibus Imperii moveri solet.	
	n. 3.	

<i>folcat.</i>	<i>n. 7 seq.</i>	<i>An contrarium obtineat in Ducibus Württembergicis?</i>	<i>n. 28.</i>
<i>Varii Status dantur in Imperio.</i>	<i>n. 9.</i>		
<i>Utpotè Provinciales.</i>	<i>n. 10.</i>	<i>Sufficit modò quaedam bona sint immediata.</i>	<i>n. 29.</i>
<i>Circulares.</i>	<i>n. 11.</i>		
<i>De Conventibus Circulorum.</i>	<i>n. 12.</i>	<i>An Principes sedibus suis expulsi adhuc Jure Stat9 gaudeant?</i>	<i>n. 30.</i>
<i>Statuum Imperii Descriptio.</i>	<i>n. 13 seq.</i>	<i>Negatur hoc, si Dominorum culpa ab Imperio adalsa sine territoria.</i>	<i>n. 32.</i>
<i>(I) Requisitum Statuum est Immedietas.</i>	<i>n. 15.</i>		
<i>Non tamen omnis Immediatus est Status.</i>	<i>n. 16.</i>	<i>Idem obtinet, si hosti cum posset non restiterit.</i>	<i>n. 33.</i>
<i>(II) Ut sit Caesaris & Procerum consensu receptus.</i>	<i>n. 18.</i>	<i>Exemplo nupero declaratur.</i>	<i>n. 34.</i>
<i>Solus Imperator non facit Statuum.</i>	<i>n. 19.</i>	<i>Si sine culpa quis hostilibus armis expulsus, retinet Jus Status.</i>	<i>n. 35.</i>
<i>Qualia bona possidere debeat Status Imperii.</i>	<i>n. 20.</i>	<i>Limitatur.</i>	<i>n. 36.</i>
<i>An Allodialia, an feudalia?</i>	<i>n. 21.</i>	<i>Jus Voti & Sessionis, an Persona, an Territorio cohereat?</i>	<i>n. 37.</i>
<i>Unde hæc bona immediata capere debeat.</i>	<i>n. 22.</i>	<i>Tot cuiq; vota competunt, quot territoria habet.</i>	<i>n. 39.</i>
<i>An dentur in Imperio Bona immediata Allodialia?</i>	<i>n. 23.</i>	<i>An Status Questio illi moveri possit, qui nondum ab Imperatore investitus?</i>	<i>n. 40.</i>
<i>Bona ab aliis Principibus comparanda.</i>	<i>n. 24.</i>		
<i>Declaratur hoc exemplis.</i>	<i>n. 25. & 26.</i>	<i>Exemplum proponitur Domus Wurttembergica.</i>	<i>n. 41. & 44.</i>
<i>Bona sub alio Principe sita à Questione Status non liberant.</i>	<i>n. 27.</i>	<i>Deciditur negativè.</i>	<i>n. 42 seqq.</i>
		<i>Probatum hoc per Imperii Præ-</i>	<i>n. 45.</i>
		<i>xin.</i>	
		<i>C 2</i>	<i>Et</i>

<i>Et Exemplo presentis Potentiss. Elector. Brandenburg.</i>	<i>Quomodo illa questio quoad Evangelicos decisa?</i>	<i>seq. n. 67.</i>
<i>n. 46.</i>		
<i>Limitatio subjicitur.</i>	<i>(IV.) Requisit. Statuum, Relatio in Matriculam.</i>	<i>n. 68.</i>
<i>n. 47.</i>		
<i>An Episcopus vel Archiepiscopus ante confirmationem Papalem, vel investituram Cesaream inter Status Imperii sit admittendus?</i>	<i>Examinatur hoc requisitum.</i>	<i>n. 69.</i>
<i>n. 48.</i>		
<i>Confirmatio Papalis hoc casu non attenditur.</i>	<i>Relatio novi Status in certum circulum magis necessaria est.</i>	<i>n. 70.</i>
<i>n. 49.</i>		
<i>Rationes, quare defectus Investitura excludat Ecclesiasticos à Conventu Imperii.</i>	<i>(V.) Requisit. Jus voti & Sessionis in Comitibus.</i>	<i>n. 72.</i>
<i>n. 50.</i>		
<i>Contraria rationes adducuntur.</i>	<i>Jus suffragii facit Statum.</i>	<i>73.</i>
<i>n. 51.</i>		
<i>Modò Electio Canonicè facta.</i>	<i>Civitates Imperii an eo jure gaudeant?</i>	<i>n. 74.</i>
<i>n. 52.</i>		
<i>Declaratur exemplo nupera Electionis ad Archiepiscopatum Coloniensem ipsius Fürstenbergii & Ducis Bavarie Clementis.</i>	<i>Decisio ex Instrumento Pacis.</i>	<i>n. 75.</i>
<i>n. 53. seq.</i>		
<i>De controversia Capituli Coloniensis Legato in Comitibus mota.</i>	<i>Qua ratione reliqui Status, civitatibus votum decisivum indulgeant.</i>	<i>n. 76.</i>
<i>n. 60.</i>		
<i>Capitulum sede vacante habet votum & sessionem in Comitibus.</i>	<i>Status Questiones inter Ordines Imperii plerumq; vel immedietatem vel jus suffragii respiciunt.</i>	<i>n. 77.</i>
<i>n. 62.</i>		
<i>De Status Controversia Episcopis Evangelicis mota.</i>	<i>De Status Questione mota Civitati Bremensi à Rege Svecie.</i>	<i>n. 78. seqq.</i>
<i>n. 63.</i>		
<i>De Reservato Ecclesiastico.</i>	<i>Et Civitati Hamburgensi à Ducibus Holsatie.</i>	<i>n. 81. seqq.</i>
<i>n. 64.</i>		
	<i>De Controversia Duci Neoburgico ratione Electoratus Palatini mota à Duce de Veldenza</i>	

denz. n. 85. sq. | De Præcedentia questionibus
 De controversia eidem mota à Ducissa Aurelianensi. n. 89. | remisivè. n. 96. seq.

EXpendimus hucusq; Generalia, ad indolem Quæ-
 stionis status cognoscendam pertinentia; jam
 ubi ad specialia descendendum, primo quidem
 loco dici poterat, de Quæstionibus status quæ haut
 rarò ipsis Pontificibus Romanis, imò & Imperatori-
 bus noviter electis motæ. Nam & horum jus ex e-
 lectione quæsitum, non raro in dubium vocatum ab
 aliis, qui paria electionis jura se habere existimabant.
 Verùm cum talia extra propositi nostri limites sint,
 utpote qui hic de controversiis inter ipsos Imperiï
 Ordines, de jure status moveri solitis, tantum solliciti
 erimus, uno saltem exemplo Papali & Imperatorio
 negotium declarabimus.

Sacratissimos illos Petri successores quod atti-
 net, quamvis varia inter ipsos exstiterint schismata,
 vix tamen pejus & Imperio Romano nocentiùs de-
 prehensum schisma, quam quod Sigismundo impe-
 rante contigit. Contendebant de Imperio Ecclesia-
 stico, Sec. XV. *Johannes XXIII.* Romæ, *Gregorius XII.*
Arimini apud Malatestas, & *Benedictus XIII.* in Hispa-
 niis, divisis Cardinalium studiis ad Pontificatum ele-
 cti. Cum ergò neuter alteri cedere vellet, & alterius
 venerari dignitatem, maxima inde orta disfidia, quæ
 in gravissimas condemnationes, & excommunica-
 tiones (quibus invicem sese petierunt Papæ) erupe-
 runt, divisis ferè omnibus Europæ Provinciis. Quâ
 de causâ Concilium Constantiæ convocatum ab Im-
 peratore, ubi Papa *Johannes* Pontificatum deponere no-

lens

C 3

seq.
 uoad
 n. 67.
 Rela-
 n. 68.
 tum.
 n. 69.
 tum
 varia
 n. 70.
 Ses.
 n. 72.
 n. 73.
 jure
 n. 74.
 acis.
 n. 75.
 is, ci-
 vum
 n. 76.
 rdi-
 vel
 sus-
 n. 77.
 a Ci-
 s de-
 seqq.
 i Dus
 seqq.
 obur-
 us Pa-
 vel-
 denz

1
 2
 3
 4



- lens in carcerem conjectus est. *Gregorius* cesit sponte, *Benedictus* publicè citatus ad Concilium, cum non compareret, ut pertinax Hæresiarcha, perjurus, & inobediens Ecclesiæ Dei, publico decreto Papali dignitate exutus est. vid. *Matthiæ Theat. Hist. p. m. 1005.*
- 5 Pariter seculo XIV. post Christum natum scil. Anno 1314. inter Imperatores Romanos gravissima controversia de Corona Imperii Romani orta; Ludovico enim Duci Bavariæ, (qui post mortem Imperatoris Henrici VII. Francofurti per majora vota Electorum ad Imperalem dignitatem evectus, & ab Archiepiscopo Moguntino Aquisgrani coronatus erat) quæstionem Imperatoriæ dignitatis inferebat Fridericus Pulcher Austriæ Dux, cui aliqui dissentientes favebant, cuiq; Archiepiscopus Coloniensis pariter Coronam
- 6 Bonnæ imponebat. Hinc in partes itum, altero alterum pro Imperatore recognoscere recusante, & collectis utrinq; copiis, magna quidem vi, sed æquo ferè Marte ad oppidum Sveviæ Eslingam dimicatum. Cùm autem rursus in Bavaria majori impetu coirent, Fridericus ingenti accepta clade, à Ludovico captus, ac per triennium in arce Branswiz detentus, hisce demum conditionibus dimissus est, ut nomen quidem & Titulum Imperatoris, sed neque Jus, neque potestatem Imperatoris usurparet. Videatur *Schleidanus de Quatuor Summis Imperiis L. 3. p. m. 343.* Cujus rei exempla adhuc plura adduci possent. Verùm ad illa excurrere non lubet, cum uti dictum, propositi nostri tantum sit, illos Status quæstiones, quæ inter Imperii Ordines moveri solent, perlustrare. An scilicet sint reverâ Status Imperii, & consequenter, an voto & sessione in Comitibus Imperii gaudere possint? Quæ Status
- quæ-

quæstio latisimè patet in Imperio, nec semper verbis vel calamis, sed non rarò armis ventilari, & ita Martis arbitrio subijci solet. Antequam verò Speciales Controversias Statibus Imperii moveri solitas aggrediamur, præmittendum omninò erit, quidnam revera aliquem Imperii Statum faciat. Varii enim aliàs Status in Imperio dantur, pro diversitate rei vel territorii, cujus Status esse dicuntur. Dantur enim Status Provinciales, qui scilicet ad deliberationes de salute Provinciæ institutas admittuntur, Germanicè Land-Stände / so denen Reichs-Ständen unterworffen. Dantur Status Circulares, qui ad Conventus & ad deliberationes certi alicujus Imperii Circuli admittuntur, die Gräyß-Stände. Cum enim divisum sit Imperium nostrum in certos Circulos, & quidem, decem, quibus omnes Imperii Status contineri vulgò creditur, vid. Carpzov. *de Leg. Reg. German. Cap. 5. Sect. 4. n. 40.* quamvis his Circulis hodie multum sit detractum, uti apparet ex schemate Circulorum, quod exhibet Limnæus *de Jur. Publ. lib. 1. cap. 7. n. 29. & in Addit. ad dict. Cap. Reinking de Regim. Sec. 5 Eccles. lib. 1. class. 4. cap. 1. in fine.* Solent illi qui ad eundem circulum pertinent, suos instituere Conventus, quos convocare solent Circulorum Directores, qui Ausschreibende Fürsten comūniter appellantur, in quibus de necessitate ac utilitate Circuli deliberationes instituuntur; Imò etiam quæ ad salutem totius Imperii pertinent, hic expendi solent, præsertim si instent generalia Imperii Comitia. vid. Ernest. Gockel. *de Circul. Sævic. n. 17.* Ubi negotia diætarum Circularium exponit. Add. Ruland. *Tract. de Commissar. part. 2. l. 5. cap. 4. n. 54.* Cæterum non possum hac occasione singularem Potentissimæ Gen-

9

10

11.

12.

Gentis nostræ Brandenburgicæ Prærogativam prætermittere, quod in quatuor amplissimis Imperii Circulis cum aliis summis eorum Præsidibus primiceriatum quasi quendam exerceat. Siquidem Potentissimus ELECTOR BRANDENBURG. post Saxoniam Electorem, *in circulo Superiori Saxonico*; *in Inferiori* cum Ducibus Bremenfi & Brunsvicensi, ratione Magdeburgens. Ducatus; *In Westphalico* ob Clivensem Ducatum cum Episcopo Monasteriensi & Duce Juliac. rerum summas moderatur. *In Franconia* autem *Serenissimus* MARCHIO BRANDENBURGENSIS BARUTHINUS, *Dominus meus Clementissimus*, cum Episcopo Bambergensi in convocandis cæteris Circuli Statibus, & significandis negotiis in confesſu eorum explicandis, concurrat, & inſimulejusdem Circuli Dux Splendidissimus existit.

13. Demum occurrunt ipsius Imperii Status die Reichs-Stände/ quorum Definitionem accuratam adhuc desiderat Bœclerus *in Notit. Imperii lib. 5. cap. 1.* Variæ enim à variis proponuntur definitiones. Nobis in præſenti illam adducere lubet, quam habet Reinking *de Regim. Sec. & Eccles. lib. 1. class. 4. c. 1. n. 2.* quando dicit: *Status Imperii sunt immediati Imperii Cives, qui Cesaris & communi Procerum Imperii consensu in album s. matriculam Imperii recepti sunt, ea lege, ut Cesari de negotiis Imperii in Comitibus proponenti, consilio & suffragiis adsint, & occurrente necessitate, certum censum in matricula expressum pensitent, vel subsidium militare præstent.* Eandem fere Statuum descriptionem retinuit Mylerus ab Ehrenbach *Tract. de Princip. & Stat. Imper. Part. 1. cap. 10. §. 1.* Quod si hæc definitio veram Statuum essentiam exprimit, facile exinde apparet, quam variis modis Jus Status alicujus in quæſtionem vocari possit: Utile er-

le ergò erit, ut singula illius descriptionis membra lustremus, & an in omnibus illis punctis Status quaestio justè moveri possit, excutiamus.

Primò omnium requiritur, ut quis sit Civis Imperii immediatus. Qui enim immediatus non est, Status esse nequit. Immedietas enim est necessarium cohærens Status Imperii. Myler. ab Ehrenbach. *de Statib. Imper. P. 1. c. 10. §. 2.* Jus suffragii quoq; in Comitibus semper cum immedietate conjunctum esse debet. Quamvis reciprocè non procedat; Hic est Civis immediatus, Ergo est Status. Vid. *Recess. Imper. de Anno 1564. §. und wollen wir ibi: Gegen denen so nicht Stände des Reichs/ jedoch dem H. Reich immediatè unterworffen* Dn. Schweder *de Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. cap. 1. §. 2.* Knipschild. *de Civit. Imper. lib. 1. c. 3. n. 36.* Patiuntur ergo Status Controversiam omnes illi, qui immediati non sunt, tam ratione personæ, quam bonorum, quae de re plura occurrent inferius.

Secundò requiritur, ut quis Cæsaris & Procerum consensu inter Status sit receptus: jus enim hoc non ex solius Imperatoris arbitrio dependet, sed reliquorum etiam Statuum consensus necessarius est. Quamvis enim Imperatori libera potestas competat, dignitatem Principis aut Comitibus alicui conferendi, attamen ut ille Statuum Imperii Collegio adscribatur, ad hoc consensu Electorum opus est, & illorum Statuum, quorum Collegio sociandus. Extat hac de re solennis cautio *in Capitulat. Leopold. §. 44.* Wir wollen niem and von den neu erhöheten Fürsten/ Gräffen und Herren/ dem Fürstlichen Collegio, es seye gleich auff selbigen oder der Gräffen Bäncken / *ad sessionem & votum*, wider deroselben Willen auffdringen / sie haben sich dann darzu

D

mit

mit Fürstmäſſigen und Gräfflichen Reichsgütern (quod in *Rec. Imp. de Anno 1654. §. 197.* effertur, mit ohnmittelbaren Fürstmäſſigen Reichsgütern) vorhero gnugsam *qualificirt*, und zu einer Standswürdigen Steuer in einem gewissen Creyß eingelassen und verbunden / und über solches alles neben den Ehurfürstl. auch das jenig Collegium oder Banck / darin sie auffgenommen werden sollen / vorhero gnugsam gehört worden.

20 Ex hac Capitulatione resultat tertium requisitum, scil. Statuum numero neminem hodie adscribendum, nisi qui bonis ad dignitatem Principalem tuendam sufficientibus in Imperio sit instructus, de quibus ad onera certa, Imperii necessitatibus præstanda, se obligaverit. Unde cum aliqui juxta *Recessum Imper. de Anno 1654. §. 197.* huic conditioni nondum satisfecissent, non nisi cum protestatione ad sessionem fuerunt admisi. Verum qualia hæc bona esse debeant, quæ à Statu Imperii possidenda, non satis conveniunt. Sanè immediata illa esse debere expeditum est, sed an feudalia, an Allodialia esse debeant, non satis decisum. Capitulatio Imperatoria hic nihil determinat, undè perinde esse videtur, an bona illa sint Allodialia, an Feudalia, modò ad tuendam dignitatem Status sufficiant. Gen. Dn. de Rhetz in *Comm. Jur. Feud. lib. 1. Tit. 1. p. 65.* Dn. Eyben. *Cam. Imp. Assessor, in Elect. Feudal. c. 9. §. 6. p. 187.* Sed hic majus dubium in facto versatur, unde talia bona immediata capere debeat novus Status. Feuda enim Imperii immediata vacantia nulla extant. Et si extarent, tot confraternitatum pactis, jam tum obstricti sibi sunt invicem Principes, ut vix casus excogitari possit, præsertim si simul ad expectantias attendamus, ubi feudum

Im-

Imperii sine successore extitutum. Et si existeret, Camera Imperiali hoc reservandum foret per *Capitulat. Leopold. Art. 30.* Nec facile dabuntur Allodialia bona, quæ non alicui Principum Imperii subjecta; illa verò bona quæ Status novus sub Principe Imperii habet, eapropter ad jus status sufficere nequeunt, quia jurisdictioni territoriali omninò manent subjecta per *Capitul. Leopold. Art. 44. in fin. ibi.* Es soll auch durch eines oder andern unter Churfürsten und Ständen des Reichs Geseffenen und Begüterten zu höhern Standserhebung dem *Juri Territoriali* nicht nachtheilig seyn / und die ihme zugehörige / und in solchen Landen gelegene Güter einen als den andern Weg unter voriger Landesfürstlicher *Jurisdiction* verbleiben.

Quamvis fortè negari nequeat, Status Imperii alios præ aliis territoria sua nexu magis feudali, alios jure magis allodiali possidere; in quibusdam enim provinciis & foeminæ succedunt, & libera alienandi licentia competit, ficuti hoc de Domo Austriaca notum est. Singulare omnino est, illorum sententiam confirmans, qui allodialia bona sufficere dicunt ad acquirendum Jus Status, quod de Comitatu Hohenzollerano, unde familiam ducit Domus Brandenburgica, refert *Besold. Thesaur. Pract. sub voc. Fürst n. 37. p. 282.* ubi diploma Ferdinandi II. refert, quo dictos Comites ad Principalem dignitatem evexit, ubi inter alia hæc habentur verba: die Ubralte / mit allen ihren Regalien / Herrligkeiten und *pertinentien* ganz frey eigenthümlich / unmittel- und unlehnbahre Reichs-Grasschafft Zollern / zu einer Fürstlichen Grasschafft erhöhet: Alia exempla Comitatum allodialium adducit *Joh. Wilh. Itterus Tract. de Feud. Imper. cap. 5. §. 5.* quamvis, an illa

23

24 qualitas allodialis adhuc ubiq; supersit, dubitare liceret. Ex quo apparet, eo laborandum esse Novo Statui, ut bona talia consensu Domini Territorii ejus superioritati subtrahantur, & in Matricula bonis Imperii immediatis adscribantur.

25 Hujus rei exemplum habemus in Principe Eggenbergio, cui cum ob defectum bonorum immediatorum sessionis controversia in Comitibus moveretur, ipse Imperator Ferdin. III. Comitatum *Gradisch*, ipsi vendidit, & simul ejus intuitu immedietatis jura ipsi indulgit, per Decretum Imperatorium *de Anno 1653. d. 22. Mart.* ibi: Daß seine Fürstl. Gnaden nicht allein dieses prædicat gefürsteter Graff zu Gradisch führen / sondern auch hierauff als ein immediat Reichs-Standt / zu der verwilligten Session und Stimm im Fürsten-Rath würcklich zugelassen / und zu dem Reichstag ordentlich beschreiben werden &c. Refertur hoc plenius in *Limn. enucleat. lib.*

26 *3. cap. 10. §. 3.* Pariter hoc contigit in Principe Dieterichsteinio, qui cum sub literis reversalibus ad sessionem in Comitibus admisus esset, de bonis verò immediatis sibi non prospexisset, noluerunt Status Imperii filium ejus Ferdinandum ad Comitibus admittere, donec à Cæsarea Majestate ad hunc effectum eidem Dynastia *Traspen*, in Circulo Austriaco sita, cum omnimoda jurisdictione & immedietatis jure concederetur. vid. *Kulpis in Not. ad Monzamban. c. 2. §. 9. p. 570.*

27 Certum itaq; est, status controversiam omni Principi in Comitibus meritò moveri posse, qui bonis immediatis se instructum esse docere non valuerit. Eo ipso enim, quo non nisi bona alteri Statui subjecta possidet, ipse Status Imperii esse nequit, partim ob Capitulationem illam Leopoldinam *Artic. 44.* partim quod

quod sublime territorii jus statibus Imperii tanquam
 essentiale consecutivum competens, hac ratione ex-
 erceri nequeat. Reinking *de Regim. Secular. & Eccles. lib. 1.*
Class. 4. cap. 1. n. 43. Et quamvis Limnæus *de Jur. Publ.*
lib. 1. cap. 7. n. 99. asserat: Duces Wurtembergicos, licet
 Status Imperii sint, tamen Ducatum suum à domo
 Austriaca tanquam subfeudum, non verò immedia-
 te ab Imperatore recognoscere. Verùm Limnæo
 se opponit Strauch. *Dissertat. Exoteric. X. Thes. 21.*
 Schweder. *de Jur. Pub. Part. Special. Sect. 2. cap. 1. §. 2. p.*
721. add. Burgold ad I. P. p. 1. Disc. 29, per tot. conferrime-
retur Instrument. Pac. Cesar. Svec. Artic. 4. §. 25. ubi
 Principes Wurtembergici Lineæ Mompelgardensis
 restituantur ad eam immedietatem erga Romanum
 Imperium, qua ante initium horum bellorum gavisi
 sunt, & qua cæteri Imperii Principes ac Status gau-
 dent vel gaudere debent. Hoc certum, eo nomine
 controversiam nemini Statuum moveri posse, quod
 quædam bona præter immediata habeat sub Princi-
 pe Imperii. Dn. Schweder *de J. Publ. Part. Spec. Sect. 2.*
cap. 152.

28

29

Cum itaq; tanta bonorum Imperii immediato-
 rum necessitas sit, magna Status quæstio exinde re-
 sultat, an illi, qui territoria sua amiserunt, quod hodie
 injuriâ Armorum Gallicorum contingit pluribus,
 nihilominus jure Status gaudeant in Comitibus? E-
 quidem non ignoro, plerosq; affirmativam eapro-
 pter tueri, quod jus Status Imperii magis sit perso-
 næ dignitas, quam patrimonii qualitas. Limnæus *de*
Jur. Publ. lib. 1. cap. 7. n. 96. Myler. *de Stat. Imper. c. 11. §. 9.*
p. 1. Verùm cum ita hoc omnibus Imperii Principibus
 ultragenitis, qui in territoriū non succeserunt, conce-

30

31

32

e li-
 ovo
 ejus
 Im-
 Eg-
 dia-
 tur,
 ipfi
 ipfi
 3. d.
 ieses
 dern
 ver-
 elich
 eben
 . lib.
 Die-
 ses-
 erò
 atus
 nit-
 m-
 cum
 on-
 570.
 mni
 onis
 .Eo
 ta,
 n ob
 tim
 uod

- 30 dendum foret, quod tamen absurdum, Eytel Fridrich von Heerde in der Grundfeste des H. Röm. Reichs p. 2. c. 5. p. 104. rectius distinguendum puto, an Status aliquis Imperii amiserit territorium suum, proprio facto, vel casu. Si illud, Nomen Status Imperii non amplius merebitur, cum suo facto se in hanc conditionem conjecerit, ut illius amisfi Principatus nomine votum non amplius habere mereatur; quod contingere potest per voluntariam alienationem, aut aliam feudi Imperialis in alterum translationem. Si casu seu injuriâ belli suo territorio privatus, interest iterum, an aliqua concurrat culpa, an nulla. Si illud, e.g. si quis, cum hosti ingruenti resistere posset, citra necessitatem manus ipsi porrigit, & Provincias suas hostium occupationi exponit; hic cum Status Imperii officium non fecerit, h. e. pro libertate Germana arma sua non impenderit, meritò Status controversiam in Comitibus sustinet. Unde cum nuper, si fides publicis habenda Relationibus, Elector aliquis, milite necessario instructus ad Gallum hostem à sede Electorali repellendum, sponte eidem portas aperuisset, Status quæstio ipsi in Comitibus mota esse dicitur, an amplius Directorium, quod ipsi tanquam Imperii Archicancellario in Comitibus competit, gaudere debeat?
- 33 Si verò sine culpa ab hoste quis expulsus Provinciis, utpote si vel ab hoste armis victus, vel cum eidem resistere penitus non valeret, Provincias suas derelinquere compulsus fit, attendendum iterum, an continuetur adhuc bellum, an verò pace composita occupatæ provinciæ hosti relictæ. Hoc casu pacis conditiones attendendæ, ubi non rarò nexibus Imperii eximuntur Provinciæ, & sic jus quoq; status ex-
- 34
- 35
- 36

expirabit. Illo autem casu, si bellum adhuc conti-
nuetur, sessio & votum tali Statui Imperii omnino
relinquendum interim, ob spem postliminii, seu re-
cuperandarum Provinciarum. Conferatur Burgol-
dens. *ad Instrum. Pac. p. 3. Art. 7. n. 3* Autor *Comitiol. Ra-*
tisbon. p. 3. Art. 3. n. 39.

De cætero utiq; dicendum esse puto, jus voti 37
& sessionis quidem competere personis Statuum
Imperii; verum non qua talibus, sed quatenus territo-
ria dignitati convenientia possident; Quamvis enim
non diffitear, posse aliquem esse possessorem Ducatus
vel Comitatus, qui tamen ejus intuitu votum & ses-
sionem non habeat; sola enim possessio non sufficit,
nisi possessoris persona ad illam dignitatem evecta,
aliud enim est ein *Einhaber der Graffschafft* / aliud ein
Graff. Reinking *de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. Class. 4.*
c. 14. n. 50. & 52. Attamen è contrario & hoc certum, 38
Principem votum & sessionem in Comitibus habere,
intuitu Principatus vel Ducatus. Gen. Dn. de Rhetz.
Instit. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 15. §. 5. Unde quidam Status 39
pro numero atq; diversitate ditionum suarum diver-
sa quoq; atq; plura præ ceteris obtinent vota. Quod
fane in unica Domo Brandenburgica cernere, & in
simul admirari potentissimæ hujus Domus eminenti-
am licet, quæ inter alias sumas prærogativas hanc qua-
si solam habet, quod octo in Comitibus Imperii ferat suf-
fragia, quorum unum in Electorali confesfu Poten-
tissimus Elector, ex officii & dignitatis ratione, cete-
ra reliquorum Principatum intuitu in Collegio
Principum, profert Serenissima hæc Domus. No-
minatim Magdeburgense, utrumq; Burggrafiale,
Culmbacense & Onolsbacense, tum Halberstadiense,
ultra-

ultra-Pomeranum, Mindense, & Caminense; quamvis adhuc plura prætendi possent vota; atq; ex his omnibus solus Elector sex, reliqua Principes Sere-
nissimi, Baruthinus, & Onolsbacensis ferunt.

- 40 Cum verò Jus Status semel quæsitum, ad Prin-
cipem successorem una cum territorio transmitta-
tur, dubium oritur, an status controversia illi Princi-
pi in Comitibus quoad sessionem moveri possit, qui
quidem legitimus successor in territorio est, inve-
stituram verò à S. Cæsarea Majestate nondum impe-
41 travit? Quæstio status eo nomine aliquando mota
Legato Wurtembergico. Cum enim Fridericus Dux
Wurtemberg diem suum Anno 1608. obiisset, ejus
Successor in Ducatu, Joh. Fridericus parentis Legatos
in Comitibus degentes novo mandato suo nomine ad
sessionem & votum ibi capessendum confirmavit.
88 Commissarius Cæsareus Ferdinandus Dux Austriae
eos admittere noluit, eapropter, quod laudatus Joh.
Fridericus de Ducatu à Cæsare nondum investitus
42 esset: prætexens, esse recepti moris; ut nullus ad-
mittatur ad sessionem & votum, nisi vel investitus,
vel speciale indultum obtinuerit. Quomodo verò
à partibus Ducis responsum vid. ap. *Limn. Add. l. 9. c. 1.*
n. 402. Summa hæc fuit (1) quod feuda Principatum,
& Ducatum ex pacto & providentiâ sint, ac per in-
vestituram Majorum Jus quæsitum jam habeant suc-
cessores, & novâ illâ investiturâ non tam acquirant
feudum, quam quod habent, jam conservent (2) quod
fructus feudi ad successorem antè investituræ etiam
petitionem pertineant, vocem verò in Comitibus da-
re, sit feudi fructus (3) usum comprobare, quod Ele-
ctores & Principes admisi fuerint ad Comitibus gene-
ralia,

ralia & specialia etiam non investiti, tanquam posses-
 fores Electoratum & Principatum. conf. Bertram.
de Comit. m. 3. concl. 40. qui latè hoc deducit. Exindè non
 obscure colligere licet, etiam antè investituram Status
 admittendos esse ad Comitiam. Rumelin. *ad A. B. Disp. 7.*
Coroll. 2. Gerl. Buxtorf. *ad A. B. art. 85. L. H. Limn. l. 9. c. 1. n.*
52. Dn. de Rhetz L. 2. Tit. 25. §. 9.

43

Quamvis ergò Legatus Würtembergicus tunc
 temporis à voto & sessione exclusus fuerit, & præ-
 via protestatione à Comitibus discesserit; attamen ob-
 servantia Imperii subsequens, abundè probavit, nulli
 Statuum ob investituræ defectum quæstionem in Co-
 mitibus moveri. De praxi hac Imperii testis fide di-
 gnus est Eytel Friedrich von Heerde in der Grundfeste

44

part. 1. cap. 5. ubi sequentia habet: Diejenigen aber/so ihre
 Voigtbahre Jahre erreicht / wenn sie gleich würcklich die
 Reichs-Lehn annoch weder empfangen noch gesucht/indem
 etwa Jahr und Tag noch nicht vorbey/werden nicht weni-
 ger als andere/so vom Kayser bereits beliehen/beruffen und
 admittirt/wie zu particular Conventen (dessen Exempel an
 iezigen Churfürsten zu Sachsen/Herkog Johann Georgen
 dem II. welcher nicht allein die Beschickung des *Deputati-*
on-Tages zu Franckfurt am Mayn fortgesetzt/sondern auch
 bey der vor 2. Jahren daselbst angestellten Kayserlichen
 Wahl in Person sein Churfl. Ampt verrichtet / ehe er noch
 umb einige Belehnung angesuchet) also auch allgemeinen
 Reichs-Versammlungen / gestaltsam unter vielen noch von
 Anno 1641. die Chur-Brandenb. *admission* beedes im Chur-
 und Fürsten-Rath. Et ita præsens quoq; Serenissi-
 mus atq; Potentissimus Elector Brandenburg. FRI-
 DERICUS III. Dominus noster Clementissimus,
 quem Patriæ Patrem benignissimum per annos quàm

45

46

E

plu-

plurimos felicissimè vivere ac imperare sinat JEHOVA, jam ante aliquot menses Legatos suos in Comitibus Imperialibus novo Mandato instruxit, quo ejus nomine tam in Collegio Electorali, quam Principali negotia Imperii ulterius peragerent, ubi nemo ipsi in Comitibus hoc nomine Status Controversiam movit, quod ab Imperatore investituræ renovationem nondum receperit, sed potius mandatum ipsius, Majestatico quodam sigillo (quod antea factum non erat) munitum, cum veneratione admiserunt.

47 Aliud verò omnino dicendum, si aliquis Statutum præterlabi siverit terminum petendæ renovationi investituræ per leges Imperii præfinitum, nec prorogationem ab Imperatore impetraverit, tunc enim merito Status quæstionem patitur tamdiu, donec vel moram purgaverit, vel felonix gratia ipsi facta.

48 Cum autem Imperii Status in seculares & Ecclesiasticos dividantur, illorumq; Jura per successionem horum autem per Electionem transferantur, disquiri meretur, An. E. G. Electore Ecclesiastico defuncto, novoq; à Capitulo electo, qui nec confirmationem Papalem impetravit, nec investituram super Regalibus vi Concordatorum Germaniæ ab Imp. adeptus, huic Status controversia moveri in tantum possit, ut interim ipsi abstinendum non saltem à Diæ-tis Electionis Imperatoriæ, sed & à conventu Comitibus initiali? Et quidem confirmationem Papalem quod attinet, illam nihil conferre ad Jus Status Imperii existimo: illa enim quæ sunt ordinis Episcopalis, sive quæ ad administrationem Sacrorum pertinent, tantum sua confirmatione Pontifex confert; quæ verò ad dignitatem Electoralem spectant, illa ab Imperio depen-

dependent, vid *Rumelin. ad Aur. Bull. cap. 1. §. 18. p. 46.*
unde varia exempla, etiam ante Confirmationem Pa-
palem ad negotia Imperii admissos fuisse Electores Ec-
clesiasticos, adducit *Buxtorff. ad Aur. Bull. dict. Cap. 1.*
Thes. 17. Schütz de Jur. Publ. Part. 1. Diss. 2. Thes. 11.

Quod verò defectum Investituræ Imperialis atti- 50
net, gravioris momenti hic esse videtur; Capitulum
enim suâ Electione, quâ futurum Episcopum desi-
gnat, non potest constituere Electorem Imperii. De-
inde ipsi Electores jurare debent, se eligere velle
Imperatorem, sub fide, quâ Imperio obstricti, per *Aur.*
Bull. Cap. 2. §. 3. Quomodo verò id efficiet electus sal-
tem à Capitulo, cum non rarò in privatum etiam hæc
electio cadat, qui nec proprio, nec parentum jura-
mento ullatenus obstrictus est Imperio; ob quas rati-
ones quoque negativam tuetur *Herm. Hermes in fa-*
scicul. Jur. Publ. Cap. 6. num. 54. His tamen non obstan- 51
tibus, etiam hos ante Investituram ad negotia Eccle-
siastica admittendos esse existimo. Cum enim vi an-
teà dictorum Germaniæ Concordatorum idem jus in
Ecclesiasticis producat Electio, quam in Secularibus
ipsa successio, eodem jure post Electionem cum Se-
cularibus Principibus in locum defunctorum succe-
dentibus gaudere ante Investituram debet; quod plu-
ribus deducit, & hujus sententiæ observantiam per
Exempla comprobat *Limnæus de Jur. Publ. lib. 3. cap. 7.*
num. 12. & seqq. Dn. Mauritius Camera Imperial. Assessor
gravisimus Dissert. de Comitibus Cap. 2. Thes. 5. Bertram. de
Comit. Thes. 40. Itterus de Feud. Imper. Cap. 9. §. 28.

Intellectum tamen hoc volumus, si Electio talis 52
à Capitulo Canonice facta, secundum præscriptas Ju-
ris Ecclesiastici Regulas. Si enim in Electione defe-

- 36
 53 etus ostendi poterit, meritò Status Controversiam in
 Conventibus Imperii sustinet. Nuperum sanè Exem-
 plum, & ô utinam universo Imperio non exitiosum,
 in Electione Archi-Episcopi Coloniensis hujus rei fi-
 dem facit, quæ magnæ Status Qvæstioni suppeditavit
 occasionem, quam non pauci Statuum Imperii, im-
 primis Dux Bavarix Josephus Clemens, Electus Ar-
 chi-Episcopus Coloniensis, movent Cardinali Fürsten-
 bergio Anti-Electori Coloniensi. Quorum primus
 legitimè factæ Electioni, posterior Postulationi inniti-
 54 tur. Nota est ipsa facti species; quod scil. 19. Jul. 1688.
 Coloniæ 24. Capitulares ad designandum Electorem,
 seu Archi-Episcopum congregati fuerint, quorum
 novem, Ducem Bavarix Josephum Clementem ele-
 gerunt, tredecim Cardinalem Fürstenbergium postu-
 laverunt, reliqui duo in alios eligendos vota sua trans-
 tulerunt. vid. *Vortrag Legat. Elect. Bavarix in Coll. Elect.*
 55 In cujus controversiæ decisione demonstrandum: E-
 lectionem cum Postulatione concurrere, quod sanè
 imprimis negat Fürstenbergius, cum ipse Princeps
 Josephus Clemens ob ætatem adhuc sit ineligibilis.
 Verum Electionem hic cum postulatione concurre-
 re, exinde patet; quòd Dux Bavarix per Indultum
 Eligibilitatis omni meliori modò ad Episcopatum eli-
 gendum à Pontifice M. habilis redditus sit, quo impe-
 dimento ætatis sublato, jure meritoq; eligi potuit.
 56 (2.) Postulationem concurrere, ipse fatetur Fürstenber-
 gius, qui existebat ineligibilis, adhuc dum constitutus
 Episcopus Argentoratensis *p. c. etsi unanimiter 6. de Po-
 stulat.* ubi expressè habetur: Quòd Episcopus unius
 Ecclesiæ postulari tantum debeat ad aliam dignitatem,
 qui eligi sine consensu Pontificis non possit, ex quo
 est

est matrimonialiter propriæ Ecclesiæ alligatus, liberumq; volatum non habet. Barboſa *ad d. c. n. 2.* ubi tamen adhuc inter electum, & confirmatum distingvit Layman. *ad h. c. n. 2.* Quod si ergò nonniſi per postulationem ad Archi-Epiſcopatum Coloniensem pervenire potuit Furſtenbergius, necessarium omninò fuit, ut pro obtinendo hoc jure votis duplo majoribus instructus eſſet. Quod ita se habere, clarè determinat textus expressus *in Capit. scriptum 40. X. de Elect.* quando nimirum concurrunt Electio, & Postulatio, si numerus postulantium non sit duplo major, admittenda electio. add. Barboſ. *ad h. c.* & Layman. *ad h. l. n. 4.* Accedit, quod per postulationem Postulato nullum Jus acquiratur, per *capit. postulationem 5. de Postul.* nullam propriè dicta actio, Layman. *ad h. c.* sed diriguntur tantum vota ad Superiorem, ut ex gratia dispensativè velit admittere & instituere postulatum. Barboſ. *ad h. c. n. 2.* Layman. *in Pref. ad Tit. de Post.*

57.

58.

59.

Cùm verò Confirmationem Pontificis impetrare non valuerit Furſtenbergius, eandem verò obtinuerit Dux Baviariæ tanquam legitimè electus, nihil superest, quod pro tuendo Jure Furſtenbergii adduci possit. Quod si tamen jus in armis positum, in quibus ipse præsidium omne collocavit, non injustus erit juris sui assertor: Verùm & hîc tandem bona causa triumphabit.

Ex eodem fundamento resultat illa Status quaestio, quam ante Menses non adeò multos in Comitibus Ratisbonensibus Holtzheimio Capituli Coloniensis Legato, Legatus Bavaricus L. Baro de Neuhaus moverat. Implorabat enim hic Collegium Electorale, ut ille Holtzheimius à collegio excluderetur, qui non capitulum

61. tulum totum repræsenteret amplius, uni ex dissentientibus Capitularibus parti maxime accedens. Verba in Relat. von dem was in der Chur-Cöllnischen Wahlsache &c. in se habent, derowegen dann Seine Churfi. Durchl. in Bayern/mein gnädigster Herr/vor sich/und im Nahmen Ihres Herrn Bruders/Herzogen Clemens Hoch-Fürstl. Durchl. ein hochlöbl. Churfürstl. Collegium hiemit enferigst ersuchen veranlaßt werden/damit bey solcher obgedachter Herren Eligentium vorhandenen Contradiction und Protestation nicht weniger auch (gestalten sein Herrn Holzemii beschehener Vortrag selbst den Ausschlag giebt/dasß er von des Herrn Cardinals Eminentz Adhærenten alleinig dependire/zumalen derselbe die Postulation behaupten/die Election aber gänzlich verwerffen/einfolglich wieder seine eigene Herren und Mit-Principalen/als die Eligentes seynd/verhandlen/und selbe unverantwortlich abandoniren thut) verstandener Ursachen halber/seine unter dem Nahmen eines gesaigten Chur-Cöllnischen Dom-Capituls letztmals überreichte Vollmacht für sufficient nicht mehr geacht/consequenter er Herr Holzemius auch selbst vor einen Dom-Capitulischen Bevollmächtigten nicht erkandt/und von diesem hochlöbl. Churfürstl. Collegio ausgeschlossen werden möchte.
62. Aliàs extra dubitationis aleam positum est: (1) Capitulum vacante sede in Comitibus vocem & sessionem, obtinere, quia sede vacante tam in temporalibus, quam spiritualibus Potestas Episcopalis penes Capitulum residet *C. His quæ 11. Et cap. cum olim 14. X. de major. Et obed.* (2.) usu Imperii corroboratum, veluti hoc ex *Rec. de Anno 1555. ibi Dechant und Capit. zu Minden/ de Anno 1559. ibi Probst Dechant und Capitul des Thum-Stifts zu Freysing. de Anno 1576. ibi des Stifts Halberstadt/ quod & in specie Capitulis Episcopatum Evangelicorum indultum in l. Part. 5. §. 12. de quo inferius.*
63. Dum de Statibus Imperii Ecclesiasticis jam facta mentio, prætereundum non est, Archi-Episcopis & Episco-

Episcopis Augustanæ Confessionis magnam olim in Imperio Status controversiam esse passos à Pontificiis, qui illos tanquam Episcopos non saltem non agnoscere, sed & Regalibus omnibus illos privatos voverunt, & inde à Comitibus Imperialibus excluderunt. In qua opinione in tantum obtinuerunt Pontificii, ut 64
 mediante Reservato illo Ecclesiastico, Germ. *der Geistliche Vorbehalt per Recessum Imper. de Anno 1555.* Episcopi illi, qui ab Ecclesia Catholicâ ad Religionem Protestantium discederent, mox ipsis Episcopatibus, omnibusq; Juribus illi cohærentibus exciderent, salvâ tantum existimatione. Quod Reservatum, utut cõmu- 65
 ni Statuum consensu conditum non sit, ab eo tamen tempore tanto effectu Protestantibus obstetit hæc Status Controversia, ut eorum Episcopi à Comitibus manserint exclusi, de quo vid Lampadius *de Rep. Rom. German. Part. 1. Cap. 11. §. 13. & seqq.* Sed utinam illud Reservatum Ecclesiasticum quoad casus futuros non confirmatum esset *per Instrumentum Pacis Cesareo Svec. de Anno 1648. Artic. 5. §. 15.* plures sanè ex Pontificiis Episcopis veritate Religionis Evangelicæ convicti, ad nostra transfirent castra, quos sola lucri cupido hodiè obligatos detinet Pontifici. Quæ Gebhardo Electori 66
 Coloniensi Evangelicam Religionem amplectenti, & uxorem legitimam ducenti, ex hoc Capite mota fuerit Status quæstio, in tantum, ut etiam Episcopatum derelinquere armis compulsus fuerit, in Imperio satis notum est. vid. hac de re Burgoldens. *ad Instrum. Pac. Part. 1. Discurs. 1.* Cæterùm quantum ad illos Episco- 76
 patus vel Archi. Episcopatus, qui ante diem 1. Jan. An. 1624. jam Augustanæ Confess. Præsulem habuerunt, illi Evangelicis relictæ *per d. Art. 5. §. 15. in fin.* & Status
 quæ-

40
 quæstio ipsis in Comitibus quondam mota, sequenti ratione per *Instrum. Pac. d. Art. 5. §. 21.* composita: *Electi aut postulati in Archi-Episcopos, Episcopos, aut Praelatos Aug. Confessioni addicti, à Sacra Casarea Majestate, postquam intra annum Electionis aut postulationis suæ fidem fecerint, & Juramenta Regalibus consuetis feudis præstiterint, absq; ulla exceptione investiantur, ultraq; taxa ordinaria summam, insuper ejusdem dimidium pro infeudatione pendant, iidem, aut sede vacante Capitula, & quibus administratio cum iis conjunctim competit, ad universales aq; ac particulares deputationum, visitationum, revisionum, aliosq; conventus Imperiales, literis solitis evocentur, & suffragii jure fruantur, prout quisq; Statuum ante Religionis dissidia eorum furivum particeps fuit.*

68 Jam progrediendum ad ulteriora Statuum requisita, quæ nobis in superiori descriptione exhibentur, ubi jam IV. sequitur, Relatio in Matriculam, hoc est in Catalogum illum solennem Statuum Imperii, ubi simul exprimitur, quantum cuiq; Statuum ad Imperii necessitates contribuendum sit. Ex quo simul resultat V. Imperii Statuum Requisitum, scilicet ut ad certam collectarum Imperialium summam sit obligatus.

69 Verùm quod Matriculæ insertionem attinet, illa per Leges Imperii nullibi requiritur; Imò nondum certa ac indubitata Matricula ostendi potest, de qua materia videri poterit *Limnæus de Jur. Publ. lib. 1. cap. 7. n. 68.* *Conring. Dissert. de Comitibus Imper. Thes. 10.* & ex professo *Dn. Ericus Mauritius Dissertation. de Sac. Rom. Imper. Matricula.* Unde in Comitibus præteritis non saltem, sed & præsentibus de emendanda & integranda Matricula, tam Rationes Statuum, quàm ratione quanti

quanti contribuendi sæpius suscepta consilia, sed sine
 eventu. Potius ergò Matriculæ loco in describendo 70
 Imperii Statu substituendum existimamus, quod in
 aliquem Imperii Circulum relatus, & ibi ad certam
 summam contribuendam se obligaverit: Hoc enim
 conveniens est *Capitul. Leopold. Artic. 44.* ibi: *Das Er*
zu einer Standswürdigen Steuer in einem gewissen Grew-
se sich eingelassen und verbunden. Cæterum hanc con-
 tribuendi necessitatem à Statu Imperii abesse posse
 asserit Dn. Schweder. *de Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. cap.*
1. §. 8. Verum nos à Statu noviter creato hoc requi- 71
 situm non aliter abesse posse censemus, quam si Impe-
 ratoris (solus enim hic immunitatem hanc concedere
 nequit, ob obstantem Capitulationis legem) Statu-
 umq; consensu in specie hoc alicui remissum.

Restat jam, ut quintò genuinum illud ac essenti- 72
 ale Status Imperii requisitum attendamus, scilicet jus
 voti & Sessionis in Comitibus; hoc enim verum Impe-
 rii Statuum formale est, quod in negotiis Imperii suf-
 fragium ferant. Unde non tantum Episcopi Evange-
 lici, quibus antea Jus Status disputatum erat, *per In-*
strum. Pac. Art. 5. §. 21. id obtinuerunt, ut non tantum
 ad Conventus Imperiales literis solitis evocentur, sed
 & SUFFRAGII JURE fruantur. Imò eodem *Instru-*
ment. Pacis Art. 8. §. gaudeant, provisum, quod negotia
 belli & pacis in Imperio nonnisi de Comitiali liberoq;
 omnium Imperii Statuum suffragio & consensu pera- 73
 gi debeant. *Et hoc ipsum suffragiorum Jus adeò proprium*
Verorum Civium, verorumq; Ordinum & Statuum alicujus
Civitatis existimat Conring. Dissert. de Civib. Imper. Th. 8.
ut essentiam eorum unice constituat: adeoq; is qui caret illa
facultate sive per injuriam, sive jure, non est actu Civis; qui
 F *fruitur.*

42
 fruitur illa, sive jure sive injuria, reapse est in Statuum
 sive Ordinum seu civium censu. Neq; enim refert nunc,
 jure hoc, aut illud injuriâ fiat. Quæ posteriora tamen
 Conringii verba eò pertinent, quod scilicet in posses-
 sione juris Status sit defendendus, qui in præsentî ju-
 re suffragii gaudet: Si enim ad Petitorium judicium
 fuerit deventum, injusta Juris Status possessio nihil
 proderit.

- 74 Hujus suffragii nomine Status Quæstio Civita-
 tibus Imperialibus diutius mota fuit. Cum enim
 Principes Civitates Imperii numero Statuum, & hinc
 Conventu Comitiali excludere non possent, eorum
 Jus suffragii disputare cæperunt, dum ipsis non de-
 cisivum, sed consultativum votum concedere volue-
 runt. Verùm hæc Status Controversia pariter com-
 posita fuit per *Instrum. Pac. Art. 8. §. tam in universalibus*
 ubi expressè dicitur; *quod Civitatibus Imperii non mi-
 nus quam cæteris Statibus Imperii competat votum decisi-
 vum.* Hac tamen fundamentali Lege Imperii non
 obstante, reliqui Status Collegium Civitatum ad Re-
 & Correlationes simultaneas admittere noluerunt,
 76 sed in eo votum decisivum Civitatum Imperii confi-
 stere remonstrarunt, quod quamvis Electores & Prin-
 cipes inter se consentiant, hoc tamen pro universali
 conclusio Statuum einen endlichen Schluß oder gemeinen
 Reichs Gutachten non reputandum, nisi & ipsæ Civitates
 consenserint: quo consensu deficiente, negotium re-
 ferendum ad Cæsarem, & insimul rationes dissentien-
 tium Civitatum ipsi exponendæ. Vid. *Eitel Friederich von Herden in der Grundfest des H. Römischen Reichs*
Part. 2, Cap. 6. p. 132. Ubi in sequentibus protestatio-
 nem

nem Civitatum, quod ad Re- & Correlationes non simul admiffæ, jungit.

Ex illis, quæ hucusq; diximus, apparet, præcipue illos Imperii Ordines Status controversiam pati, quorum vel immedietas, vel jus suffragii in dubium vocatur: Hæc enim connexa sunt, quorum alterutro destructo, Jus Status omninò exspirabit. Hoc ipsum binis adhuc exemplis, ubi Status Controversia mota Bremensi & Hamburgensi Civitati, declarandum. Civitati Bremensi Status quæstionem movet Rex Sveciæ, illam tanquam municipalem vendicans. Orta hæc lis, ab ipsa fundatione Episcopatus à Carolo M. facta, cum Episcopi plura sibi vendicarent, quam civitas illis deberi existimaret. Imprimis 1639. inter Episcopum & Civitatem de Civitatis Imperialis Tit. certatum. Interim Civitas non semel ad Comitium Imperii vocata, diplomate Cæsareo libertas edicta, & iterum per decretum Cæsareum in possessione vel quasi constituta, de quibus vid. Londorp. *A. P. Tom. 7. de an. 1654. §. 1. Part. X. §. 8.* Argumenta quibus utraque pars nititur, videnda sunt in speciali Tract. qui inscribitur *Affertio Libertatis Reip. Bremensis*, ex quo etiam *Limn. add. L. 7. c. 7. §. Burgoldensis ad Instrum. Pac. p. 3. Disc. 13.* illa exhibent. Sufficiet in præsens, summam eorum indicasse. Rex Svedicæ uti jam dictum, tanquam Dux Bremensis, & Successor Episcoporum Brem. civitatem hanc subjectam fuisse Episcopis, adeoq; non immediatam Imperii contendit. Cui respondet civitas, se ad Comitium Imperii vocatam, ab Imperatore pro civitate Imperii immediata & libera ab antiquo declaratam fuisse, à vicinis etiam pro tali haberi. Argumentis contra se allatis respondent:

dent: Fundationi Episcopatus, Jurisdictionem ac superioritatem territorialem adjectam non fuisse, nec ipsam fundationem secum ferre, exemplo Argentorati, Coloniae, Ratisbonae, aliarumque, (2.) Homagium Episcopo praestari solitum tantum esse conditionatum, ne Juribus Civitatis obesset, & de fidelitate formulam Homagii loqui non de subjectione (3.) Titulum Landes Herr / Landes Fürst / Episcopo dari solitum, Titulum esse honoris, nec respectu civitatis, sed aliorum bonorum quæ possident, datum (4.) Privilegia ab Episcopis non confirmari, cum privilegia Civitatis ac præcipua Jura ab Imperio sint, sed tantum Reversales ab Episcopo dari, ea salva fore urbi. (5.) Senatum comparuisse in Diætis provincialibus ab Episcopo indictis, non respectu civitatis, sed bonorum aliorum, in Principatu sitorum. Cæterum Anno 1666. cum à Svedis iterum obsideretur, interpositione Potentiss. Elect. Brandenb. & Sereniss. Ducum Brunsvic. & Lüneburg. aliorumq; eo res perducta, ut obsidionem Rex solverit, & Civitas sequentes conditiones *d. 15. Nov. 1666.* inierit: Daß Ihre Königl. Mayst. zu unterthänigsten Respect und ehren / die Stadt sich erkläret / nach geendigten diesen noch wehrenden Reichs-Zag / sich der Session und Stimm in Comitibus Imperii, biß zu dem Ende dieses Seculi, oder wann man / nach Gottes Willen schreiben wird das Jahr Ein tausend Sieben hundert / zu enthalten / und wann in wehrender solcher Zeit Reichs Conventus außgeschrieben / und die Stadt mit dazu invitiret wird / soll und will dieselbige / weder durch ihre Abgeordnete / noch durch andere frembde die Session im Reichs-Stättischen Senatu bekleiden / oder darin votiren lassen; Jedoch hat sich die Stadt hiebey vorbehalten / daß

hier=

hieraus keine *prescription* oder andere nachtheilige folge/gegen dieselbe gezogen werden solle; Die Stadt auch nach Verfliffung solcher Zeit/ wann immittelst in gute kein anders verglichen/ oder mit Rechte erkand / bey den Reichs-Tagen ihres *Sessionis & voti* sich wieder zu gebrauchen be-mächtigt seyn wolle. (2.) Will auch die Stadt kein Sitz und Stimm auff Crayß-Tagen/ biß gleicher gestalt ein anders verglichen / suchen noch haben etc.

Non minoris momenti est illa notissima Status 82
 Quæstio Regis Daniæ, quam ut Dux Holsatiæ movet
 Hamburgensibus de Immedietate. Prætendit enim,
 urbem Jurisdictioni suæ subjectam esse, ex præsum-
 ptione, quod in Territorio Holsatico sita sit civitas,
c. omnes Basilica 16. qv. 7. Menoch L. 3. pres. 100. Meisch.
tom. 3. decis. 23. n. 20. Wesenb. conf. 42. n. 3. plures ma-
gno numero vid. apud Viet. de causis Exempt. Imperii
concl. 27. n. 187. nisi singulare exemptionis s. præscri-
ptionis beneficium doceri potfit. cap. dilectis X. de Ca-
pell. Monach. Gylman. Symphor. Tom. 5. relat. 9. f. 28. ita
 ut præsumptio pro domino territorii militans, jus
 probandi in exemptionem allegantem rejiciat. *cap. ex*
ore 17. de privileg. Stephani de Jurisdictione L. 2. c. 7. n. 76. &
 plures apud *Viet. d. l.* Unde Rex in literis ad Ham-
 burgenses *anno 1620. d. 29. Jun.* eos vocat gehuldigte Erb-
 unterthanen. Excipiunt Hamburgenses, adducendo 83
 Matriculam de *anno 1521.* in qua inter Civitates Impe-
 riales collocantur, cui insertus, tamdiu habetur pro Sta-
 tu, donec probetur contrarium *l. matricula 3. C de ag.*
in reb. illa enim Status quasi possessionem probat. Car-
dinal Tusch conclus. 674. n. 22. in l. E. Gail. l. 1. O. 21. n. 9.
Mascard. concl. 1037. (2.) Respondent Hamburg. se li-
 bertatem suam ab Alberto Orlamundensi Comite

grandi ære emisse, & per Adolphum IV. Comitem
 Holsatiæ ejusq; successores confirmatam habere, &
 hinc titulata pariter & antiquissimâ libertatis pos-
 sessione se munitos esse; plura vid. apud Burgolden-
 sem p. 3. p. 106. Strauch. Exerc. 1. th. 20. Spreng. Prat. Il-
 lustr. p. 177. ut & Limn. Enucl. L. 4. c. 25. Lis quidem
 84 hæc anno 1618 in Camera ita decisa legitur. In Sa-
 chen des Kayserslichen Fiscalis Ampts halber Kläger con-
 tra Holstein/ *pro interesse*, und Hamburg / ist die Sache
 vor beschloffen hiermit angenommen / darauf und allem
 Fürbringen nach zu Recht erkant / daß gedachter Herzogen
 vorgewendtes *Interesse* angeregter *Exemption* halber unge-
 achtet/ Burgermeister und Rath der Röm. Kaysersl. Ma-
 jestät/ und des Heil. Reichs hohen Obrigkeit/ und ohnmit-
 mittelbaren *subjection* sich beklagter massen eigenes Gewalts
 zu erbrechen / und frey zu machen / nicht geziemet noch ge-
 bühret/ sondern daran zuviel und unrecht gethan / sich des-
 sen hinfüro gänglich zu enthalten / und daß besagte Stadt
 Ihrer Kaysersl. Majestät und dem Heil. Reich ohne Mit-
 tel zuständig/ unterworffen und verwandt / auch von män-
 niglich dafür zu erkennen/ und deswegen sie Burgemeister
 und Rath des Reichs Anlagen / Steuer und Bürden zu
 leisten / auch derselben Aufstand zu bezahlen schuldig / und
 zu solchen allen zu *condemniren* und zu verdammen seyn;
 jedoch mehrerwehnten Herzogen ihre Sprüch und For-
 derung/ so sie sonst gegen gedachte Stadt zu haben ver-
 meinen/ ordentlicher Weise/ Rechtens/ ob sie wollen/ außzu-
 führen hiemit unbenommen/ sondern vorbehalten. Pari-
 ter Ferdinandus III. in comitiis 1641 proprio motu
 decrevit: daß Hamburg *votum* & *sessionem* bey dem
 Reichs-Tag haben soll. Revisionem tamen à superiori
 sen-

sententia petierunt Holfatiæ Duces, & hinc ultima decisio adhuc expectatur.

Lassantur manus, finemq; hujus capituli anxie desiderant, paucis ergo tangenda illa controversia, quæ Philippo Wilhelmo Duci Neoburgico, ratione successione in Electoratum defuncti Electoris Caroli Comitis Palatini, à Leopoldo Ludowico Comite Palatino, Comite in Veldenz antè triennium mota erat, qui variis literis & Imperatorem & Status in Comitibus Ratisbonensibus degentes imploravit, ut sequestretur tamdiu Electoratus, usq; dum ratio succedendi clarè, ab Imperatore decideretur. Innititur, autem imprimis Leopoldus Ludovicus *proximitati gradus*, qua defuncto Electori in 15. alter verò in 16 junctus sit, & proinde qui prior gradu etiam potior jure debeat censerì. (2) negat A. B. secundum proximitatem linearum successione deferre (3) adducit pacta inter Agnatos ratione Electoratus an. 1541 facta, vi quorum in casum deficientis Lineæ Electoralis, subinde seniori inter pares gradu nullo habito respectu Linearum, successio competere debeat. (4) præjudicia aliquot allegat, ubi non secundum lineas successio fuit facta.

Principis Philippi Wilhelmi argumenta imprimis se fundant *in prioritate lineæ descendenti à communi stipite*, siquidem in prima linea Ducis Stephani descendenti constitutus Neoburgicus est. Summa autem eorum breviter hæc est. (1) Omnes collaterales pro descendenti primi acquirentis haberi, & proinde ut Ordo genituræ in classe filiorum & fratrum per A. B. & specialem Bullam Palatinam introductus, ita eam pari modo observandam esse in

tertia

- tertia consanguineorum classe, ut sibi invicem secundum lineas, non gradus præferantur. (2.) in antedicta Bulla nullam fieri mentionem graduum. (3.) contra, in Bulla Sigismundi hæc expressa verba haberi: *Quibus omnibus non extantibus, ad proximiorum heredem secundum lineam paternalem &c.* item secundum eundem modum superius expressum. (4.) Heidelbergæ an. 1553. ita conventum inter tres illas Lineas, Simmerensem, Veldensem, & Electoralem: ut extincta Electorali Simerensis, veluti secunda à communi stipite Imperatore Ruperto, præ reliquis in Electoratum succederet. (5.) quod pactum postea ab Imperatoribus subsequentibus non solum confirmatum, sed & Neoburgicos desuper solenniter investitos fuisse, ut & per Instr. Pac. hæc ratificata. Plura videri possunt in utramq; partem adducta in *der Deduction Pfalz-Veldensischen Successions-Rechts*. Interim Princeps Neoburgicus possessionem Electoratus, ut & investituram, statim post mortem Electoris Caroli assecutus est, neque videtur illam controversiam alicujus momenti facere, præsertim cum Juris feudalis communis sanctionem pro se habeat, ubi primò linearum, postea graduum habenda ratio. 2. *Feud.* 50.
- 89 Consideratis Juribus Successoriis Electoris Palatini, iis in hærendum ulterius nobis erit, & prætenso illa paululum lustranda quam Dux Aurelianensis nomine uxoris suæ, sororis defuncti Electoris, in aliqua ad Electoratū pertinentia bona, quærit. Retuli huc eò lubentius illam, quò causa passim justificata armorum Regis Christianissimi contra Imperium nostrum Sacratissimum motorum, audit. Prætendit autem Dux Aurelianensis nomine uxoris suæ, tanquam heredis proximæ, defuncti
- 90

defuncti Electoris Caroli bona illa, quæ ad Electoratum non pertinerent, adeoq; allodialia essent, vel etiam feuda fœminina, nominatenus Principatum Lauterensem, Simmerensem, & Comitatum Sponheimensem, in quas ditiones omnes uti dictum tanquam legitima heres isuccedere deberet, adducendo: *que Madame avoit droit a l'universalité de la succession de feu Mr. l'Electeur Palatin par droit de Nature, comme sa soeur unique, & fille unique de l'Electeur Charles Louys, & ex-indè etiam jus habere possessionem earum ditionum apprehendendi, & fructus tamdiu percipiendi, usque dum liquidè satis probatum fuerit à parte Electoris, quæ feuda essent masculina, & quæ ad Electoratum pertineant.*

Electo Heidelbergensis contra, pro se allegat: 91
 (1) Constitutiones Rupertinas an: 1395, & Stephania-
 nas, (qui pater communis erat omnium adhuc exi-
 stentium Comitum Palatinorum] ubi expressè cau-
 tum: quod filiæ certâ pecuniæ summa accepta,
 renunciare debeant omni successioni, quamdiu adhuc
 supersint masculi. (2) Renunciationes omniû filiarum
 quæ in alienum thorum transibant, & illam ipsam
 Renunciationem Ducissæ Aurelianensis, post ac-
 ceptionem dotis denuò factam, cujus tenor ita
 se habet. *Et en consequence du sus dit Payement madite
 Dame autorisèe ainsi que dit est de mon dit Seigneur son E-
 poux en reiterant la renunciation, quelle a faite par ledit
 contract de mariage a d'abondant renonce par ces presen-
 tes à tous droits successifs sur tous les biens souverains &
 feudaux, paternels, & maternels situes en Allemagne, se re-
 servant seulement ses droits, sur les biens de même qualité
 situés hors l'Allemagne, & les allodiaux de sa maison suivant
 la coutume de ladite maison Electorale Palatine. Vid. pl.
 Rela-*

*Relation was bey der/ zwischen dem Königlich Franckösi-
schen Gesandten und denen Chur-Pfälzischen Deputirten
Räthen/ bey der/ den 22. Aug. 1685. zu Heydelberg gehaltenen
Conferenz vorgangen ut & ejusdem rei Summarische*

92 *Anzeig.* Argumentis allatis à Duce Aurelianensi re-
ponunt Heidelbergenses : Quod nulla allodialia bona
adsint, prædictæ ditiones ad feudalia & ad Electo-
ratum pertineant, quod ipsum ex literis investituræ à
Ferdinando III. Imperat. concessis Carolo Ludovico
Electori clarum. (2) licet adessent feuda foeminina, ,
non tamen admittantur foeminæ ad successionem,
quamdiu adhuc ex primi acquirentis descendentibus
filii existerent. (3) Jus illud *à l'universalité de la succes-
sion de feu Mr. l'Electeur Palatin par droit de nature &c.*
& ex hoc, possessionis apprehensio, nullius momenti
sit, cum pari passu quæcunque Regis filia, licet ex-
tet filius legitimus hæres, Jure naturæ universalem
ejus successionem in dubium possit vocare, donec à
filio fuerit exactè probatum, bona omnia Regno co-
hærere. Sit quidem hæreditas universitas omnium
juriurum, sed privatorum, in quem numerum Provin-
ciæ & Ditiones referri non possent. Per Reservatio-
nem illam *sur les biens situes hors l'Allemagne*, forsitàn suc-
cessio in Regnum Magnæ Britanniaë suo loco & or-
dine intelligatur.

93 Cæterùm Arbitrum in hac causa sibi elegerat Prin-
ceps Aurelianensis, Pontificem, qui etiam lubens hoc
negotium in se susceperat. Verum à parte Electo-
ris allegabatur, esse hæc feuda Imperii, quorum cau-
sa ad Cæsaream Majestatem, totum Imperium, & e-
riam ex parte ad Agnatos pertineret, proindeq; in
ejus potestate non esse situm, ut sine consensu Impe-
rii, ex-

rri, extra Imperium litem hanc deferret. *vid. pl. Ehura Pfalz Memorial das vom Pabst ubertragene Arbitrium betreffend/quod integrum refert Joh. Georg Kulpis. in Comm. ad Monzamban. c. 2. §. 5. p. 333.*

Verum quamvis tandem pariter Pontificis arbitrium non invito Cæsare elegisset Elector Palatinus, eoq; nomine Legatum sufficienti mandato instructum Romam misisset; ex parte Gallorum tamen Romam nemo missus est, utut sæpius id desideraverit Pontifex, unde Legatus Palatinus post integri anni patientiam, re infectâ Roma domum discedere compulsus fuit, quod jure merito exprobavit S. Cæs. Majest. Regi Galliæ in *Manifesto illo contra motus hostiles Gallorum publicato Vienna d. 18. Oct. Anno 1688.* A-
deo Gallis major semper in armis residet justitia, quàm in benigno alterius, etiam ipsius Pontificis, arbitrio; quod ab initio spontè electum, sine legitimâ causâ repudiatum. 94 95

Plura adhuc de Controversiis ratione præcedentiæ inter Status Imperii motas quæstiones hic utiliter adduci possent, cum & hæ ipsæ lites suo modo ad Status Quæstiones pertineant. Verum cum jam tum ultra propositum excreverint paginæ, receptui canendum censui, Lectorem cupidum ablegando ad Crusii *Tract. de Præcedentiâ.* ubi pleraq; proposuit. De notissima illa inter Immediatam Imperii Nobilitatem & Civitates Imperii Controversia, quam de præcedentia fovent. *vid. Limn. de J. P. lib. 6. cap. 3. n. 39. & Hippol. à Trayßbach special. Tractat.* 96 97

QVÆSTIONE STATUS PRIVATI.

SUMMARIA.

C onnexio capitis.	n. 1.	ad dignitatem promotis ?
Status Jure Romano quo-		n. 19. sqq.
modo capiatur ?	n. 2.	De Stat. Qu. ex Jure Wildfan-
Quotuplex sit ?	n. 3.	giatus mota. n. 24. sqq.
Maxima Status Qvæstio est de		Wildfangiorum conditio di-
libertate.	n. 4.	versa. n. 27.
An hujus qvæstionis hodie sit		Decisio hujus juris controver-
usus ?	n. 5.	si. n. 28.
Applicatur ad Turcas capti-		Judei quâ ratione sint servi
vos.	n. 6.	Camera ? n. 29. seq.
An idem in Christianis qui à		A servitute immunes pronun-
Turcis capti.	n. 7. seq.	ciantur. n. 33. sq.
His non tribuendum est post-		De Qvæstione Status Filiatio-
liminium.	n. 9.	nis. n. 36. seq.
De captivis redemptis.	n. 10. f.	Probato matrimonio, probata
De Qvæstione Status propriis		filiatio. n. 40. sq.
hominibus mota.	n. 13.	Matris confessio de adulterio
Qua ratione ipsis competat li-		non tollit Statum filiationis
bertas ?	n. 14. seq.	n. 42. sq.
De jure illos vindicandi.	n. 16.	Exemplum contrarium. n. 43.
An opponere possint præscri-		Ampliatio. n. 44.
ptionem ?	n. 17. seq.	Exemplum Regule. n. 45.
An Stat. Qu. moveri possit li-		Praxis Anglia. n. 46.
beris priorum hominum		Patris & matris conjuncta
		con-

confessio, probant filiatio-	Romani Civitate donatis Quae
nem. n. 47.	stionem meritorum move-
De Controversia Status Filia-	bant. n. 77.
tionis Principi Walliae in	Status controversiam justè sens
Anglia mota. n. 48. sqq.	tiunt Civitate expulsi. n. 78.
Regum filii sine suspicione in	De Bannitis ex territorio ali-
lucem edenda à Matribus.	cujus Principis. n. 79.
n. 53.	Civitati restitutis quatenus
Mores Galliae. n. 54.	Q. S. moveri solant? n. 81.
Exemplum Constantiae & Oci-	De Quaestione Status dignita-
nae. n. 56.	tis? n. 85.
De Coronâ ventri imposita.	Dignitatum diversitas. n. 86.
n. 57.	Dependet ex Principis agni-
Quaestio de Statu paternita-	tione. n. 87. sq.
tis Regis Artaxerxis. n. 58.	An extra territorium confe-
De Quaestione Status extem-	rentis dignitatis quaestio
pore partus mota. n. 59. sq.	moveri possit? n. 90.
Prasumptivae probationes fi-	Exemplum Arundellii in An-
liationis. n. 61.	glia. n. 93. sq.
Similitudo vultus. n. 62. sqq.	Quinam in Imperio Illustres
Tractatio filialis. n. 65.	dignitates conferant? n. 98.
Nominatio filii. n. 66.	Quo casu dignitas illustris ab
Fama. n. 67.	Imp. collata justè impugna-
Legitimationis cura. n. 68.	ri possit. n. 99. sq.
Promotio Baptismi. n. 69. sq.	De Quaestione Nobilitatis à
De Quaestione Status Parenti-	Principibus collata. n. 101.
bus super conjugio mota.	De Jure Elect. Brand. in Bo-
n. 71.	rusia. n. 102.
De Quaestione Status Civita-	De Nobilitate per delictum
tis. n. 74.	impetrata. n. 103.
An illa obstet peregrinis. n.	De filio ante dignitatem na-
75. sq.	ro. n. 105.
	Exem-

<i>Exemplum Regium.</i>	<i>n. 107. sq.</i>	<i>Idem in turpitudine vita ob-</i>	
<i>De bastardis illustrium,</i>	<i>n. 110.</i>	<i>tinēt.</i>	<i>n. 115.</i>
	<i>sq.</i>	<i>Si pater nobilitatem amittat,</i>	
<i>De bastardis Regum & Prin-</i>		<i>noceant hoc liberis?</i>	<i>n. 117.</i>
<i>cipum.</i>	<i>n. 112.</i>	<i>Filia Regum Principibus nu-</i>	
<i>Stat. Q. patiuntur Nobiles sor-</i>		<i>pta an Status diminutio-</i>	
<i>didis negotiis semancipan-</i>		<i>nem patiantur?</i>	<i>n. 118. sqq.</i>
<i>tes.</i>	<i>n. 113.</i>	<i>Quæ dignitas per nuptias pe-</i>	
<i>Limitatio.</i>	<i>n. 114.</i>	<i>reat.</i>	<i>n. 122.</i>

- 1** Variis hucusq; exemplis ostensum à nobis, quò pacto Imperii Ordinibus Statûs moveantur, Qvæstiones. Ne verò in publicis illis subsistamus causis, ad privati Juris principia recurrendum, & variæ Status controversiæ ex Romani Juris fontibus repetendæ, ita tamen ut ubiq; usus eorundem in materiis affinibus, imò & publicis, ostendatur.
- 2** Statum Jure Romano pro conditione Civili, non qualicumque, sed illâ, quæ participationem juris communis inducat, accipi, dictum est *cap. 1. n. 27.* quod jus commune potissimum in Jure Connubiorum, Testamentorum & Contractuum subsistit, quibus juribus, qui capite minuuntur, aut Status Civilis mutationem sentiunt, vel penitus, vel certâ ratione privantur.
- 3** Status ille vel libertatis est, vel Familiæ, vel Civitatis; unde nata est, maxima, media, minimaq; capitis diminutio, de qua *t. t. Inst. & ff. de cap. Minut.* Nos quantum propositi ratio exigit, in singulis illis
- 4** membris Status Qvæstiones indagabimus. Maxima sanè Status controversia est, quæ alicui de libertate movetur, cum ita in mortuorum quasi Statum deducatur

catur reus, *arg. l. 32. ff. de R. J. l. 59. §. ult. ff. de Condit. & demonstr. servitus enim mortalitati comparatur. l. 209. ff. eod.*

Quamvis autem misera illa Romanorum ser-
 vorum conditio, quæ à brutorum conditione parum,
 aut nihil distabat *l. 2. §. ult. ff. ad Leg. Aqu. Grönweg ad
 l. divus. ff. de Quæst. adeò, ut dominus non tantùm o-
 mnia sibi vindicare potuerit bona, quæ servo honestè
 obveniebant §. 1. per quas person. cuiq; acquir l. 24. ff. de
 acq. possess. sed & jus vitæ & necis, usq; ad tempora
 Divi Antonini habuerit §. 2. l. de his qui sunt sui vel alien
 Jur. hodie videatur subvertata, adeoq; & Quæstiones il-
 læ, de libertatis Statu, non magni reputentur mo-
 menti, Herm. Stamm. *de Servit. Person. lib. 1. c. 2. n. 1.* ipsa
 tamen adhuc Romanæ servitutis vestigia in quibus-
 dam deprehendere licet. Hufanus *de Homin. Propr. c. 2.
 n. 2.* Et quidem rectè Quæstionem libertatis Turcis
 nostris captivis moveri credo, omnia enim quæ Ro-
 manis in servos suos concessa, in captivos illos ab in-
 fidelibus licere probant Hufan. *c. 1. n. 44. & Stamm.
 de Servit. Pers. l. 1. T. 1. c. 4. n. 1. Lauterb. in Compend. I.
 l. 1. Tit. 5. Dn. Struv. Exercitat. 3. th. 21.**

Malè autem è contrariò Christiani à Turcis ca-
 pti, Status Quæstionem patiuntur, quippe quamvis
 durissimo mancipiorum jure apud Turcas detinean-
 tur, quoad nos tamen meritò reputandi pro liberis,
 ne alioqui à nobis pœnas sentiant, quod pro Christia-
 ni nominis gloriâ susceperint arma. Unde quamvis
 aliàs captivi, jure Postliminii patriam potestatem, &
 alia jura civilia omnia plene recipiant, pariter quasi
 semper in Civitate fuissent. *Toto Tit. ff. & C. de captiv.
 & postl. revers. Schneidw. I. quib. mod. jus patr. potest. solv.
 Stamm.*

- Stamm. d. l. n. 6. Christianis tamen eo postlimii jure opus non esse censeo; cum jura omnia interim retinuerint integra; pariter, sicuti alii Reipubl. gratiâ absentes, utut longissimo tempore, rerum suarum Dominia per absentiam non amittunt, quod pluribus probavit in *Us. Modern. Pandectar. Tit. de Stat. Hom. §. 4.*
10. Dn. Stryk cujus Maximi Viri nomen semper nobis venerandum. Multo minus Christianus, qui à Turcis certo liberationis pretio (*Türcken Rantzion*) redemptus, ejus fit servus, qui eum redemit. Licet enim emptori suo restituere pretium, aut cum ob inopiam non possit, laboris obsequio referre illud teneatur redemptus, secundum *L. f. C. de Postlim. revers.* Interim
11. tamen non fit Servus Redemptoris, sed mox ac redemptus, in libertatem revertitur. Pignoris enim loco tantum est apud Redemptorem, quoad ei de pretio Redemptionis satisfactum fuerit. *L. ab hostibus 2. C. de Capt. & Postl.* & si ei operas, alimentorum æstimationem excedentes præstiterit, mercedem meritò exigere, vel tantum redemptionis pretio detrahere potest. Unde & legatum sibi acquirit, & ex suo contractu propria bona habere potest. Stamm. *de Servit. Pers. Libr. 1. c. 4. n. 2.*
12. Cæterum Status Quæstio quoad libertatem locum etiam habet in adscriptitiis seu hominibus Propriis, qui ita glebæ cum omni sobole sua adstricti, ut eam nulla ratione deserere possint; Hinc & expressissimè priscae servitutis imaginem illos repræsentare per *L. ne diutius 20. in f. C. de Agriculis* præsertim in Regionibus Septentrionalibus, probat multis Husanus
13. *de Homin. Propr. c. 2.*

14. An verò Status libertatis priorum hominum penitus sublatus sit, disquiri poterat? Etenim ipse

Gail.

Gail. *Tr. de Pignorat. c. 8. n. 3.* eos servis adscribit. Alii eos magis servos, quàm adscriptitios esse volunt. Gryphiander *Oeconom. legal. lib. 1. cap. 4. n. 23.* Verùm enim verò dicendum existimo: Proprios homines intuitu glebæ & eo pertinentium, pro servis vel glebæ adscriptis habendos esse; Mev. *Part. 3. Dec. 8.* Extra considerationem glebæ autem eos esse liberos homines, eaque propter Juris Communis eos esse participes. Joh. Herman. Stamm. *de Servit. person. lib. 3. cap. 2. num. 3.* de quo pluribus egit Dn. Præses in *Usu Moderno ff. Tit. de Stat. hom. §. 6. sqq.* 15.

Eatenus ergo Status controversiam præcipuè patiuntur proprii homines, si discedere à fundo vel ipsi, vel liberi ipsorum, seq; in libertatem vindicare velint: Dominis enim Jus vindicandi hos proprios homines competit. Mev. *Part. 1. Decis. 179.* Contra quam vindicationem nulla præscriptio ab homine aufugiente allegari potest, cum ipse sui quasi furtum fecerit & hinc in continuâ malâ fide sit. Mev. *p. 1. D 90.* Quâvis itaq; in *L. 2. C. de Long. temp. præscript. qua pro libert.* longi temporis possessio pro obtinenda libertate sufficere dicatur, justum tamen initium ibi expressè requiritur. Necesse ergò est, ut si huic Status controversiæ præscriptionem opponere velit proprius homo, ipse vel Titulum suæ libertatis ostendat, vel probet, se sciente & patiente Domino longo tempore extra glebam in libertate fuisse, quæ patientia ipsi omninò erit loco Tituli, de qua materia pluribus agit Mev. in *Tr. von dem Zustand und Abfoderung der Bauer-Leute Quæst. 3. num. 153. & seq.* 16.

Hoc verò sæpius controvertitur, cum liberi priorum hominum hic sequantur Statum & conditionem 19.

H

nem

re
re-
tiâ
n
ous
§.4.
ve-
er-
tus,
m-
m
re-
rim
re-
m
de
ibus
esti-
eri-
ahe-
suo
de
lo-
Pro-
i, ut
res-
ntare
Re-
anus
inum
ipse
Gail.

- nem parentum *Mev. Part. 2. Dec. 232.* an si liberi studiis operam navaverint, & ad officium aliquod, vel etiam dignitatem ob benè merita promoti fuerint, nihilo- minus Status controversiam sustinere teneantur?
- 20 Extat in servo ad Præturam apud Romanos promo- to exemplum *in L. Barbarius 3. ff. de offic. Prat.* ubi non obstante dignitate Prætoria à Domino Status quæsti- onem passus. Imò generaliter interdictum, Origi- narios Colonos admitti ad aliquam militiam seu digni- tatem, & statutum, ut nulla census auctoritate, nul- lisq; privilegiis eximi debeat, sed quod hæc omnia, pro nullis declaranda, *L. Originarios 11. C. de Agricol. jun- cta L. 19. C. eod.* Excepta tamen Episcopalis dignitas, quæ à servili & adscriptitia conditione liberat *Novell.*
21. *123. c. 4.* Verùm hæc Jura Germaniæ moribus non observari, existimat *Mevius Tr. von Abfoderung der Bau- ern Cap. 3 n. 126.* ubi eatenus dignitatem liberare affir- mat, ut Dominus certa pecuniæ summâ loco libera- tionis contentus esse debeat, Sed an hæc Praxis ubi- que uniformis sit, dubitari poterat: Memini e- nim me exempla audivisse, ubi proprii homines eorumque liberi, etiam ex Senatoriâ dignitate, quam in splendida civitate obtinuerant, vindicati sunt.
23. Quamvis omnino æquum sit, liberalibus stu- diis illum tribuere honorem, ut libertatem à gleba mereantur, si illud Domino refusum sit pretium, quod pro liberatione proprii hominis aliàs solvi solet. Si enim ob utilitatem publicam quis compelli potest ad rem suam vendendam, juxta tradita Doctorum *in L. 11. C. de contrahend. emptio.* cur non idem hoc casu fa- vore studiorum permittendum esset?
- 24 Ab hoc loco non aliena est Status Controversia, quam

quam Elector Palatinus movet peregrinis illis seu ad-
 venis, qui in locis Electori Palatino non tantum sub-
 jectis, sed & vicinis, per annum & diem commo-
 rati, quibusq; interim à prioribus dominis nulla Sta-
 tus Controversia mota; Hos enim modò dictus E-
 lector per Præfectum istius districtus, durch den Jabe
 Voigt in hominem proprium recipit, pariter sicuti ju-
 re occupationis feram bestiam quis suam facit, ob
 quam causam *Wildfangi* appellantur. Non tamen in 25
 omnes promiscuè advenas hoc jure utitur Palatinus,
 sed vel in illos tantum, qui spurii, aut ex illicito con-
 cubitu nati; Vel qui certum dominum non habent,
 vel habuerunt quidem, sed deinceps aufugerunt, &
 postquam territorium Comitis Palatini ingressi, per
 annum & diem à vero domino non vindicati. Ex- 26
 acto enim diei, & anni spatio, præfectus istius distri-
 ctus mittit servum suum, qui his verbis hominem
 novum in censum *Wildfangiorum* accipit: Ich neh-
 me euch in Nahmen meines gnädigsten Churfürstens zum
Wildfang / und begehre von euch den Jabe-Gulden / de
 quo pluribus egit *Burgoldens. ad J. P. 1. d. 26. n. 8.*
 Non autem ubiq; ejusdem sunt conditionis, sed pro 27
 diversitate locorum diversæ. Præter florenum den
Jabe-Gulden / certum censum quot annis persolvunt,
 qui consistit in exiguo ære obulorum, Gallinis, non-
 nullis ovis. Dominus etiam hoc jure vindicat sibi
 in casum mortis mariti pecudum præstantissimam;
 uxore mortua, vestium optimam, pro consuetudine
 cujusq; loci. De insigni hoc Jure Electori Palatino 28
 gravissima quæstio *anno 1666.* mota est ab Archiepi-
 scopo Moguntino, & nonnullis aliis confederatis,
 quæ tamen per *Laudum Compromissarium, Lega-*
torum

torum Regis Galliæ, & Svedicæ, inter Comitem Palatinum, Moguntinum Electorem, cæterosq; prolatum, decisa Heilbrunnæ 1667. vid. Burgold. *ad I. d. P. n. 12. Gastel. de Stat. Europ. Publ. c. 9. n. 122.*

- 29 De Judæis quæritur, an illis quæstio libertatis rectè movetur? Hoc ex eo affirmandum videbatur, quod Judæi, corporis omniumq; fortunarum suarum intuitu, Regi, & Imperatori Romanorum sint additi, hincq; in Constitutione Imperatoris Sigismundi *de Officio Vicarii generalis §. 7. apud Goldast. Tom. 2. Const. Imper. p. 85. vocentur servi Camerae Speciales der Römischen Kayserl. Mayestat Kammer-Knechte/* quod non ita intelligendum, quasi honorarium aliquod cubiculariorum officium gerant, sed quia Imperatori & Statibus Imperii, Judæos tanquam publicos usurarios & servos, in bellica expeditione aliisq; necessitatibus pecuniam ubivis colligere, & Camerae Imperatoris, Statuumq; Imperii inferre oportet. vid. Stamm. *de Servit. Person. L. 1. T. 5. c. 1.*
- 30 Secundò etiam in nonnullis cum servis conveniunt, ac haud secus à Christianis habentur, quàm olim servi à Dominis: Sic instar servorum publicis officiis sub sacrilegii pœna præfici non possunt, aut debent, *c. cum sit, cap. ex speciali X. de Judæis.* Nec Christianorum esse debent Tutores. Lauterbach. *in Compend. §. L. 26. Tit. 1. licet de J. Civ. permissum hoc videatur, cum merum onus, nullum verò commodum contineat tutela, & educatio à Tutela separata esse possit. Dn. Brunn. ad l. 15. ff. de Excus. Tut. n. 2.*
- 32 Pariter nec Judæi servos Christianos sibi serviendi causa, nec separatim *Tit. C. ne mancipium Christianum Judæus, Dn. Brunn. ad L. si servus 16. ff. de interr. in Jur. faciend,* nec unà cum fundo, cui

cui sunt adscripti, comparare possunt. Stamm. *d. l. ubi*
 plura ejusmodi exhibet. Interim tamen negandum 33
 nobis ex praxi quotidiana videtur, illos esse servos,
 cum non tantum fruantur privilegiis plurimis libe-
 rorum hominum, imò etiam Civium illius loci ubi
 degunt; sed & quicquid acquirunt, sibi acquirant, te-
 stamenta condant, solenni more in Judiciis cum Chri-
 stianis agant & excipiant *L. 8. & L. 15. C. de Judæis. vid.*
 Stamm *d. t.* Ceterum de receptione Judæorum no- 34
 tandum, illam inter Regalia referri, & omnibus Im-
 perii Statibus competere hodie jus illos recipiendi
Ordin. Pol. de An. 1548. Tit. von Juden. Limn. T. 1. l. 3.
c. 2. n. 14. Dn. de Rhetz L. 1. T. 4. §. 61. Tantum juris 35
 ergo reverà in unoquoque territorio habebunt Judæi,
 quantum ipsis cujusvis Territorii dominus indulse-
 rit. Contra hæc autem privilegia nulla ipsis Status
 movenda quæstio.

Circa Quæstionem familiæ, quæ Quæstio Gene- 36
 ris appellatur in *l. 2. C. de ord. judic.* non leves oriuntur
 controversiæ, quas sæpe pater movet filio, illum pro
 filio non agnoscens; sæpè etiam filius patri, illum
 patrem suum esse negans, de quo integer. *Tit. ff. de A-*
gnoscent. & alend. liber. Sic in *l. 6. ff. de his qui sui vel a-* 37
lieni jur. sunt, deciditur casus, si pater per decennium
 abfuisset, & reversus anniculum invenisset in domo
 sua, ei quæstionem filiationis recte moveri. E con- 38
 trario in *d. l. 6.* Julianus rectè asseruit: non esse feren-
 dum eum, qui cum uxore sua assidue moratus, non
 agnoscere vult filium quasi suum; & omninò ratio-
 nem dubitandi hic minimè stultam fuisse, probat Dn.
Struv. Ex. 3. th. 49. Cæterum ex ipsa hac lege uni- 39
 versale axioma formant Dd. Quoties quis potest
 doce-

docere, se planè nullum habuisse commercium cum uxore sua, vel etiam se constante matrimonio aliquamdiu cum uxore non concubuisse, infirmitate, absentia, vel aliâ causâ interveniente impeditum; toties rectè quæstionem filiationis partui moveri. Dn. Brunn. *adh. l. 6. n. 2.* Dn. Struv. *Ex. 3. tb. 44.*

- 40 Cessantibus autem his adductis causis, omnes qui constante matrimonio nascuntur, censentur legitimi
- 41 Dd. *adh. l. 1.* & tenetur pater eos agnoscere. Ex quo fluit, non posse ei quæstionem filiationis moveri, qui natus est ex uxore, quæ cum alio concubuit, modò & eodem tempore maritus fuerit præsens *L. miles 11. ff. ad L. Jul. de adulteriis ibiq;* Dn. Brunn. Menoch. *de arbitr. Judic. quæstion. l. 2. c. 6. pras. 3.* Nec obstabit matris confessio, hunc filium esse ex adulterio susceptum. *L. Imperatores 29. §. 1. ff. de probat. c. per tuas X. cod.* Huic enim, utpote propriam turpitudinem alleganti non est credendum. Unde malè sibi consuluisse Regem quendam, quod ob assertum Matris morientis, illum non Regis, sed cujusdam militis esse filium, Regno se abdicaverit, ostendit Gabriel Palæot. *Tr. de Noth. & Spur. c. 24. n. 1.* Extendunt hoc
- 44 Dd. quod id procedat, quamvis mulier cum adultero cohabitaverit, & filius natus adultero fuerit similis, dummodo nihilominus maritus pariter uxori cohabitaverit Gail. *lib. 2. Observ. 97. n. 9.* Anton Gabriel *Comment. Concl. lib. 1. Tit. de Præsumt. Concl. 14. n. 2.* Pro partus legitimitate enim semper præsumendum. Ob
- 45 quam causam in facto, ubi sponsa quatuor septimanis ante nuptias alteri copiam corporis fecerat, & post nuptias mense octavo partum ediderat, non ex stupro, sed ex matrimonio illum natum esse censuit, prout

prout mihi relatum, Amplisf. Facult. Jurid. hujus lo-
 ci. Potuit enim hic partus durante matrimonio con-
 ceptus fuisse. Et hoc vulgatum, pater est quem nu- 46
 ptiaē demonstrant, adeo rigidè observant Angli, ut
 si quis nuper defuncti viduam uxorem duxerit, ex
 priori marito adhuc gravidam, si prolem post nu-
 ptiarum solennia ediderit, posterioris mariti filius &
 heres censendus sit. Thom. Schmitus *de Rep. Angl. lib.*

3. cap. 8. p. 272.

Cæterùm, quod antea diximus, illi filio, qui con- 47
 stante matrimonio natus, quæstionem filiationis non
 esse movendam, etiamsi mater contrarium asseruerit.
L. 29. ff. de probat. Illud multò magis procedit, si pa-
 ter & mater conjunctim affirmant, hunc esse filium
 suum. Cùm enim & parentum confessio, & juris
 præsumptio, quæ ordinariè ad partus legitimitatem
 tendit, concurrat, iniquum foret, tali partui Status
 Controversiam movere; nisi liquidò, illum partum
 esse supposititium, doceri possit.

Ex quo fundamento apparet, quid sentiendum 48
 de solenni & per Europam nota Status Controversia,
 quam Principi de Wallis filio Regis Angliæ præten-
 so, movet non tantum universa ferè Ecclesia Angli-
 cana, sed & Princeps Arausionensis, qui causam Con-
 jugis suæ, cui tanquam primogenitæ Regis filia suc-
 cessio futura in Regnum indubiè competit, instru-
 ctissimâ Classe adversus Regem vindicare satagit.
 Sanè militat pro Principe hoc novo Regis Reginae 49
 que confessio, & suppositionis præsumptionem ex-
 cludit, quòd ipse Rex paucis septimanis post partum
 conceptum, uteri gestionem aliis exposuerit,
 negotiumq; hoc miraculo Mariæ Loretanæ, mune-
 ribus

ribus Reginae placatae, adscripserit. Ex quo tempore precibus publicis per omnes Regni partes, spes illa prolis Deo commendata, tandemq; nono mense Princeps hic Orbi datus. Utut ergo sufficere videatur; pro omni partu praesumendum esse quod legitimus sit, suppositionem vero partus in facto consistere, & ea propter non antea praesumendam, nisi liquidissime fuerit evicta; nihilominus tamen Rex Angliae ad testes provocavit, quibus, utpotè partui praesentibus, filii hujus natales docere valeat. Si enim fides Relationibus hebdomadariis habenda, Rex Angliae nuper in pleno Senatu d. i. Novemb. viduam Regiam, aliasq; foeminas Illustres, ut & Regni Cancellarium, aliosq; plures numero quadraginta produxit testes, qui se partui praesentes fuisse, jurato fidem fecere.

50 Verum non desunt, quae ad haec reponant Angli: Omnem spem partus in Regina dudum decollasse, nec unquam eam fuisse revicturam, si Princeps Arausionensis, tanquam futurus Regni successor, in abrogationem Testae s: Legum Poenaliu Pontificios à Dignitatibus Regni excludentium, consensisset, quod cum impetrare Pontificii non potuerint, de Successore novo cogitandum fuit. Urgent Reginae constitutionem partui vitali edendo inhabilem. Adducunt tot indicia, quae graviditatem, secundum ordinarium naturae muliebris cursum, omnino excludunt. Imò quoad ipsum pariendi tempus & locum, illa allegant facta, quae non tantum facilem suppositionis praesumptionem, sed ferè liquidam suppositionem ipsam ostendunt.

Testibus

Testibus à Rege productis Exceptionem inhabi-
 litatis opponunt, & vel ex eo solo illos repelli posse,
 existimant, quod Pontificii sint, quibus, & falsa dicere,
 imò & pejerare non nefas esse credunt, si Publica vel
 Ecclesiæ Salus non aliter promoveri possit; præsertim
 cum ex Reservationibus illis mentalibus mox præsi-
 dium contra morsus conscientiæ habeant, uti docent
 Leonh. Less. *de f. & f. L. 2. c. 42. Dubit. 9. n. 47.* Diana
Resol. Moral. Th. 8. T. 4. Resol. 64. quarum Reservationum
 injustitiam, inter Pontificios tamen frequentatam & de-
 fensam, abundè demonstravit Pontificius ipse Ludovi-
 cus Montaltius *in Epist. Provincial.* De quibus omni-
 bus videri plenius poterit *Memoriale Evangelicorum in*
Anglia, ad Principem Arausionensem nuper transmissum.

51

Nostrium non est in hac gravissima Status Con-
 troversia, quas magis fundatas existimemus Rationes
 excutere, multa enim in facto supponuntur, de quo-
 rum fide cum nobis non constet, controversiæ hujus
 decisionem ex ipsa Anglia, faxit tamen Deus, ne cru-
 enta sit illa, expectamus.

52

Prudenter sanè in non paucis Regnis heredita-
 riis receptum esse videmus, ut ad evitandam filiationis
 controversiam, Regina partui vicina Proceribus Re-
 gni, eorumve uxoribus præsentibus, partum edat, quò
 tantis stipata testibus, indubium Regni Successorem
 orbidet; quorsum etiam tendit provisio illa Romani
 Juris *in L. 1. §. 10. ff. de Ventr. inspici.* In Gallia Prin-
 cipibus sanguinis, quo tempore Reginæ parturiunt, per-
 mittitur liberrimè intrare Cameram, in qua recubat,
 uti refert Limn. *de Regn. Franc. lib. 2. cap. 21. lit. A.* idem
 in Regno Hungariæ observatum fuisse, ex Pierre Mat-
 thieu *en l'Histoire de Henry IV.* refert Limn. *cit. loc.*

53

54

Quæ

- 55 Quæ cautela eò citius adhibenda, si vel ob ætatem, vel
 56 aliud impedimentum iusta sterilitatis suspicio contra
 gestionem uteri adsit. Pertinet huc illustre Exemplum
 CONSTANTIÆ Neapolitanæ Reginæ, quæ nupta
 Henrico Imperatori Anno M. C. XCIV. quinquagena-
 riâ etiam major, uterum cæpit ferre, fraudem aut fu-
 cum suspectantibus multis. Quod utrumq; pruden-
 ter amolitus est Henricus. Ac primùm, cùm uxor ad
 eum in Germania agentem adspiraret, vetuit, jusfitq;
 in Regno subsistere, & adventum suum exspectare,
 coram suis (cum bono Deo) heredem Regni paritu-
 ram. Deinde, uxore etiam ipsâ sic volente, in foro
 tentorium expansum, facta potestate nobilibus foemi-
 nis veniendi, & parientem ac partum pariter oculis u-
 surpandi. Peperit igitur, in tali, ut sic dicam, scena,
Fredericum, paterni avi nomine appellatum; quod e-
 xemplum cum alio planè simili OCINÆ Lucembur-
 gicæ, Balduini Pulchro-Barbi Flandriæ Comitis uxo-
 ris, refert Just. Lips. *Monit. Polit. lib. 2. cap. 4. Mon. 1. & 2.*
 57 Dn. Ziegler *in Not. ad Grot. l. 2. c. 7. §. 8.* Cæterum de
 Coronâ ventri Reginæ gravidæ imposita, quò occurre-
 retur aliorum de Successione Regni controversiæ, e-
 legantissimum casum exhibet Petr. Ærod. *Pandect. Rer.*
ab antiquitate judicatar. lib. 5. Tit. 11. cap. 2.
 58 Antequam verò illustres illos casus dimittam,
 non possum non, quin notabilem illam Status vel pa-
 ternitatis quæstionem inter duos Artaxerxis patres mo-
 tam, hic in gratiam Lectoris proponam, per rationes
 eleganter deductam à Petr. Ærod. *cit. loc. libr. 2. Tit. 5.*
cap. 2. Res ita se habet: Mater Artaxeris Paveco nu-
 pserat, coriario cuidam, sed tam perito Astrologiæ, ut futu-
 ra omninò vaticinaretur. Itaq; cum ad eum Sannus, vir mi-
 litaris,

litaris, divertisset, protinus animadvertit, qui ex hospite isto nasceretur, hunc maximum, potentissimumq; evasurum. Quapropter excruciabatur, quod nec filiam ullam, nec sororem, nec consanguineam haberet, ex qua cum eo hospite jungeret affinitatem. Quid igitur? impatiens voti, noctu ei uxorem apponit, mulier concipit: nascitur Artaxerxes. Is sub Paveco educatur, postremo Rex Persarum efficitur. Ergo ex fortuna & amplitudine ista, lis inter Sannum & Pavecum. Uterq; filium suum asserente. Pro Paveco dicebatur: patrem eum esse, quem nuptiæ demonstrant. In domo sua, à qua non abfuisset, natum Artaxerxem: natum ex uxore: vicinis scientibus; educatum pro suo. Nullis fortioribus argumentis filium probari posse. Nam mero jure, hæc conditio, *se filium meum esse se judici probari*, non esse in filii potestate; itaq; filio herede instituto sub ea conditione, testamentum non valere. Quod autem ab adversario obtenditur, se rem habuisse cum uxore, propterea ex eo statim concepisse? cur ex eo potius, quam ex marito, qui cum ea assidue moratus est? qui ab ea non divertit? Sed & si secubuisset uno aut altero mense: nonne octavo, nonne frequentius septimo, filium nasci posse? Eum extraneus vendicet, quem maritus agnoscit? quem suum esse profitetur? An quidquam pro filio majus præjudicium affert, quam confessio & professio patris? Quidquid in contrarium adduci possit, valere hoc fortasse, si vir neget uxorem ex se prænantem fuisse, & si filium recuset. Sed eo asserente, quis viro opponi potest? an adulter? nam adulterium fatetur, qui in alieno matrimonio natum, filium appellat. Sin lenocinium objicit, eximii fœtus, non lenocinii causâ, uxorem tradidisse alteri. Traditam autem, non commodatò, ut Sannus sibi ex ea liberos haberet: sed quasi præscriptis verbis, ut quod ex Sanno & uxore natum esset, ad nasceretur Paveco. Itaq; & naturâ, & lege, & conventionem, Artaxerxem filium, non nothum esse. Pro Sanno: Filium eum definiri, qui ex viro & uxore ejus nascitur; reliqua omnia, de nuptiis, de domo, de vicinis, de præsentia, de agnitione,

tione, valere in re dubia. Atqui hic certum esse, quis pater est. Voluit Pauecus ex Sanno uxorem prægnantem esse; fuit, peperit. Cur viri filius erit, ex quo non enixa est uxor? Veritati nulla lex, nulla conventio, nulla educatio præjudicat: nec possunt jura sanguinis commutari. Ut verò pactis privatorum ista constituti possent, nonne qui cesit thoro, cesit etiam proli? denique, verosimile esse, licet assiduè vir moratus sit cum uxore, ab ea tamen tamdiu abstinuisse, dum appareret, an ex hospite concepisset; nam hoc habuisse in voto: hoc arte, hoc vaticinio destinasse. Postremò, eventum disciplinam comprobasse, ex coriario Regem non potuisse nasci. Quid videtur? Eò decursum est (inquit Agathias) ut Artaxerxes ex femine Sanni filius Paveci diceretur.

- 59 Excurrendum hic foret ad illam Status Quæstionem, quæ filiis occasione vel brevioris vel longioris temporis, quo uterum gesit mater, moveri solet. Verùm cum ab aliis de tempore partus legitimo prolixè actum, lectorem remitto ad Alphons. de Caranza *Tr. de part. legit.* Paul. Zach. *in Quæst. Medico-Legal. lib. 1. Tit. 2.* Addatur Dn. Stryk. *in Tr. de Successione ab Intestat. disp. 1. c. 2. §. 18. inf.* De Exemplo Parisiensi, ubi Parlamentum infantem aliquem XIV. Mense post obitum patris editum, pronunciavit legitimum vid. Dion. Gothofred. *ad Novell. 40.*

- 61 Paucis adhuc subjiciendum, qua ratione liberi, quibus quæstio filiationis movetur, præsumtivè integritatem sui Status ostendere soleant. Referunt aliqui huc similitudinem, seu vultus convenientiam, quorsum illud Martialis Distychon pertinet

Est tibi quæ patri signatur imagine vultus

Testis maternelle nata pudicitia.

63. Notum pariter est, quod Romam aliquando venerit juvenis, formâ corporis adeò similis Augusto, ut omnes

omnes in admirationem raperet. Augustus re perceptâ, ad se juvenem evocatum interrogavit; fuitne unquam, O Adolefcens, mater tua Romæ? Ille cum perciperet, quorsum tenderet interrogatio, respondit: Minimè mater; at pater meus sæpe; quo ipso & illatam sibi Status quæstionem facetè repulit, & novam ipsi Augusto peperit. vid. Val. Max. *lib. 9. c. 15.* Addatur Gratian. *Discept. Forens. cap. 567. n. 142. & seqq.* Verùm fat 64
levis illa præsumptio est, quia causa similitudinis magis ex imaginatione quam generatione proficiscitur. Mascard. *de Probat. Concl. 789. n. 24.* Coel. Rhodigin. *Lectio. Antiqu. lib. 2. cap. 15. inf.* Menoch. *de Arbitr. Judic. quæst. lib. 2. cas. 89. n. 98.* Paul. Zacchias *Quæst. Medic. legal. lib. 1. Tit. 5. qv. 4. ubi n. 18.* subjicit, si ad similitudinem aliæ conjecturæ concurrant, filiationem per illam probari.

Certior conjectura filiationis est ipsa Tractatio, si 65
quis pro filio alicujus semper sit habitus, & alter ipsum ut filium tractaverit; per hoc enim filius constituitur in quasi possessione filiationis, donec probetur contrarium, Ludov. Post. *Tr. de Manuinent. observ. 34. num. 2.* Mascard. *de Probat. concl. 789. n. 15.* Ejusdem efficaciam est, 66
si quis aliquem semper appellaverit filium suum, Menoch. *de Arbitr. Jud. quæst. lib. 2. cas. 89. n. 70.* Petr. Anton de Petr. *Tr. de fidecomm. quæst. 9. n. 290.* nec obstat §. *ult. Inst. de Adopt.* ibi enim de ipsa filii constitutione agitur; hic verò de probandâ quasi possessione filiationis tantum quæstio est. Porro multum operatur fama 67
publica, si quis communiter, vel in tota civitate pro filio alicujus sit habitus. Menoch. *d. cas. 89. n. 86.* Pacian. *de Probat. lib. 2. cap. 6. n. 29.* Refertur quoq; huc præ- 68
sumptio, si quis filium naturalem à Principe legitimandum curaverit, tunc enim ejus confertur filius, qui id fecit.

- 70
69 cit. Roland. à Valle *Vol. 3. Consil. 22. n. 26.* Quorsum & illud pertinet, quod illius censeatur filius, ad cuius instantiam baptizatur. Johan. Petr. Surd. *Consil. 1. n. 45.* Mascard. *de Probat. Concl. 789. n. 38.* Verùm cum & hæc ex pietate proficisci possint, ad circumstantias hic probè attendendum erit. Plura de filiationis Probatione vid, apud *Mascard. Menoch. & Pacian. cit. loc.*
- 71 Sed quid si ipsis Parentibus Status Conjugalis quæstio moveatur, scil. illos concubinariam vitam egisse, & nunquam per benedictionem sacerdotalem legitimum matrimonium inter ipsos contractum esse? Sanè si hoc probari posset liquidò, res in vado foret: Verùm si probatio deficiat, tunc disquiritur, an concubinatus, an matrimonium inter illos sit præsumendum? Cum autem omnis præsumptio sit in meliorem partem, sc. ne involvat, sed potius excludat peccatum, insuperq; hic favor partus concurrat, meritò pro matrimonio præsumendum. Johan. Baptist. Asinius *Praxi Judiciar. part. 2. §. 1. c. 18. lin. 2.* Alexand. Tartagn. *Vol. 7. Consil. 88. n. 15. & seq.*
- 72 Supponimus tamen, consuetudinem illam inter parentes longioris temporis fuisse, nec concubinatus contra ipsos militasse conjecturas,
- 73 Sequitur jam tertius Status Civitatis, quandò alicui quæstio movetur, an jurium civitatis particeps sit vel non. Hanc Status Controversiam olim omnes patiebantur peregrini, qui ad communionem Juris Civilis non admittebantur, unde nec connubiorum in Imperio erant participes *pr. I. de nupt.* ut nec successionum.
- 74 Verùm singulari beneficio Friderici Imp. in *Auth. omnes peregrini C. Comm. de Success.* ipsis jus testamentorum & successionum indultum; post quæ tempora factum, ut & reliquorum, quæ Juris Communis in Imperio sunt,
- 75

sunt, participes facti sint, quorum jus connubiorum & contractuum pertinet. A reliquis autem Civitatis Juribus, quæ beneficium continent, meritò manent exclusi, nisi prius Jura Civitatis vel indigenatus pro more Provinciarum redemerint. Cum tamen hoc Jus Civitatis vel indigenatus sine singularibus meritis à Romanis non concederetur, indè sæpius post datam civitatem Status quæstionem suscipere tenebatur noviter receptus. Scilicet, poterat adhuc in iudicium vocari, eo crimine, quod *ξενίας* appellabant, ut de ejus benè meritis cognosceretur, quæ si non tanta reperiebantur, ut tam maximum beneficium, & tam amplissimum jus adipisci debuisset, nihilominus rejiciebatur. Illa adhuc gravior accusatio erat, si falsò quis civitatem usurpasset: Nam qui ex eâ causâ causam diceret, dicebat è vinculis, & qui victus esset eo iudicio, redigebatur in servitutem. Petr. Ærod, *Pandect. Rer. ab antiquit. judicat. Lib. 10. Tit. 11. cap. 1.*

Alii qui propter delictum Civitatis Jure privantur, quales sunt banniti, deportati, fustigati cum perpetua relegatione, in tantum Status controversiæ subjacent, ut & si extra Imperium testamentum condidissent, hoc tamen ob civitatis amissionem in Imperio nullius efficaciam sit. Conf. Gail. *lib. 2. de Pac. Publ. cap. 12. n. 5.* Farinac. *Quæst. 102. n. 58.* Quod certò respectu etiam de bannitis ex territorio alicujus Principis Imperii dicendum: quamvis enim aliqui asserant, hos testari non posse secundum jus Statutarium Principis bannientis benè verò secundum jus commune, Peregrin. *de Fur. Fisc. lib. 3. Tit. 2. n. 9. §. 44.* Joh. Herm. *Stamm. de Servit. Person. lib. 1. tit. cap. 7. in fin.* Non tamen illud testamentum secundum jus commune conditum efficaciam

am habebit in illo territorio ex quo bannitus, cùm in eo ab omnibus omnino juribus exclusus maneat.

- 81 Cæterùm cùm deportati ex gratià Principis sæpius in priorem Statum restituantur, controversia tamen Status ipsis haud rarò moveri solet, an solus reditus ipsis in civitatem concessus, an verò ad omnes omninò dignitates & officia, quibus antea gaudebant, restituti censeantur? Si ad *L. fin. §. 4. C. de sent. pass. & restit.* recurramus, prompta decisio aderit, ubi ita Imp. *Sicuti deportationis nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentia restitutio, bonorum ac dignitatis uno nomine amissorum omnium est recuperatio.* Alii inter plenam & minus plenam restitutionem hic distinguunt; & in illâ dignitatum restitutionem comprehendi dicunt. *Peregrin. de Fur. Fisc. lib. 5. tit. 2. n. 5. Sfort. Odd. de Restit. in integr. Q. 94. n. 26.* Verùm decisio hujus controversiæ ex Principis declaratione dependet, quousq; eum restitutum voluerit, vel non. Et tale exemplum declarationis Principalis in *L. 1. in fin. C. d. t. exhibetur. Ut autem scias quid sit in integrum restituere, honoribus & ordini Tuo, & omnibus ceteris Te restituo.* Conferantur *Dd. ad d. tit. cod.*

- 85 Cùm verò multum intersit, qua existimatione, quispiam gaudeat in Civitate, & unicuique incumbat, ut illam servet ab aliorum malevolis insultibus illibatam; Est enim Existimatio **DIGNITATIS ILLÆSÆ STATUS** Legibus ac moribus comprobatus *l. 5. §. 1. ff. de Extraord. Cognit.* Æmulationes verò, invidorumq; machinationes plerumq; dignitati aliorum pariant insidias, eapropter frequentissimæ in Republ. de Statu dignitatis nascuntur quæstiones; quæ quàmvis adhuc superiori capite tractandæ fuissent, occasione tamen

Con-

Controversiarum Status de Jure Civitatis motæ, illas hic exhibere libet.

Præmittendum tamen paucis arbitror, quidnam 86
 Status dignitatis ambitu suo includat? scil. varios illos
 dignitatum characteres, quos quilibet in civitate susti-
 net. Quorum summa divisio in *Honorarios & Officia-*
rios, eorumq; iterum subdivisio, Politicis non ignota.
 Oritur autem hic Status dignitatis ex agnitione pu- 87
 blica, sive quod idem dictum, ex Judicio Majestatis,
 sic enim Imperator in *L. s. C. de Dignitatibus* inquit: *fit*
dignitas, quæ nobis jubentibus sustinetur. Hinc sanè est, 88
 quod nec Nobilitas Virtutis, seu ut *Lansius* illam vo-
 cat, Nobilitas Philosophica, sola nobilitet, Dn. Becman
in Not. Dignit. dissert. 11. c. 1. nec etiam illa militaris. *Ti-*
raquellus de Nobil. c. 8. *Nolden de Statu Nobil. Civil. c. 4.*
n. 3. *Petrus Friße de Nobil. Civ. Concl. 10.* Quia digni-
 tates sunt præmia Reipubl. ad quæ distribuenda agni-
 tio Reip. accedere debet. Ex dictis autem ulterius de- 89
 rivatur: neminem posse illas dignitates conferre, nisi
 qui summam habet potestatem, aut ex concessione
 summæ potestatis id possidet.

Hoc jus dum summæ potestati intra fines Ter- 90
 ritorii sui competit, dubium haud leve suboritur, an
 non extra Territorium Principis dignitatem conceden-
 tis, illis de Statu hujus dignitatis quæstio moveri pos-
 sit? Sanè urgente id mutua hominum propensione,
 & studio alios juvandi, dignitates etiam exteris con- 91
 ferri posse, mihi certò persvadeo; motus exemplis gra-
 vissimis, ubi ab Imperatoribus nostris extra Imperium
 etiam dignitates ejusmodi collatæ fuerunt, ac etiam-
 num testantur *Radzivilii, Lubomirscii, Principes Tran-*
sylvania in Imperii Principes evecti, (Imperio licet.

- non comprehensi) Dn. Becmann *in Med. Pol. cap. 16.*
- 92 Quamquam fatear, valorem dignitatum ab aliena Re-
publ. collatarum ex obligatione aliquâ perfectâ, præ-
tendi non posse; licet ex civilitate, & humanitate cul-
tissimæ quæq; gentes illum admittant. Sic in An-
93 glia tempore Elisabethæ Reginae gravis Qvæstio Di-
gnitatis mota fuit Arundellio de Wardour, quem
bello Hungarico ad Strigonium contra Turcas præ-
clare meritum, Imperator, & omnes ab ipso descen-
dentes Comites, & Comitissas Sacri Imperii creavit.
Hic cum domum reverteretur, dubitabant Angli, an
ejusmodi Titulus à Principe extero collatus alieno
94 subdito, inconsultâ Reginae sit admittendus. Erant
qui admittendum putaverant, quod præmia Virtutis
ergò, à quocunq; fuerint delata, admittenda sint, &
Virtus flaccescat, nisi bene meriti præmiis exciten-
tur. (2) Quod etiam plurima jam exempla in An-
glia extiterint, ubi à Regibus Angliæ, dignitas subdi-
tis à Pontifice, à Maximiliano Imperatore, à Regibus
95 Galliæ collata, fuit agnita. Graviter autem his sese
opposuerunt Barones Angliæ, urgentes: solius Prin-
cipis esse, non alterius cujuscunq;, suis subditis digni-
tates distribuere: Principis Majestati, & subditorum
obsequio multum detrahi, si honores ab exteris acci-
pere permittatur, tacitum enim fidei pactum inter
honorantem & honoratum intercedere videri. Hu-
jusmodi Titulos illecebras esse occultas, ad animos
subditotum à suis Principibus abstrahendos, & quæ
96 adhuc plura allegabant. Elisabetham autem Regi-
nam, de his consultam, dictitasse fertur: *Inter Princi-
pes & subditos arctissima intercedit animorum colligatio.
Ut mulieres pudicæ non in alium quàm maritum, ita
nec subditos in alium, quàm quem DEUS dedit Prin-
cipem,*

cipem, oculos conjicere decet. Nollem oves meas alieno stigmatē inuri, nolim alieni Pastoris sibilum sequi. Camdenus in Annal. Elisabethæ pag. 681. Benè ergo sibi consulunt, qui ab extraneo Principe ad dignitates promoti, ejusdem dignitatis Confirmationem à suo Principe petunt, quod praxis hucusq; probavit.

97

Cæterum uti Imperatori nostro quoad totum Imperium Germanicum competit, Jus dignitates conferendi. Böckler. *in Not. Imp. l. 4. c. 1. n. 8.* adeò ut sine gravi pœnâ illustrium Nobiliumq; ordini ab eo adscriptis, quæstio dignitatis moveri non possit; ita nec illis in Imperio quæstio facienda, qui ab Archiducibus Austriæ dignitatem suam habent. Gaudent enim Archiduces Austriæ ex speciali Privilegio à Carolo V. indulto, hac potestate, Comites, Barones, & Nobiles creandi. Limn. *Tom. 1. l. 5. c. 2. Et l. 6. c. 1.* quæ omninò etiam ad totum Imperium extenditur. *Frige de Nobil. Civ. Concl. 8. Dn. de Rhetz in J. P. L. 1. Tit. 19. §. 2.* quod idem etiam de Rege Bohemiæ, & Comite Palatino Rheni Nobiles creante testatur ibidem. Cum tamen in Imp. Gloriosissimo LEOPOLDO & Imperialis & Regalis Bohemiæ, Archiducalisq; Austriæ dignitas concurrat, non quidem ipsi deroganda facultas, dignitates sub nomine Regis Bohemiæ vel Archiducis Austriæ conferendi; eo tamen casu Imperiali Titulo abstinebit, vel exprimet, se ut Regem Bohemiæ vel Archiducem Austriæ, dignitatem illam conferre. Si enim ut Imp. fecerit, & tamen ex Cancellaria Imperii Diploma dignitatis non emanaverit, in promptu erit Status quæstio, cum omnis illa dignitas pro nulla reputetur; per *Capit. Leopold. Artic. 44. ibid.* Wir sollen und wollen auch in

98

99

100

fleißige Obacht nehmen und verschaffen / daß alle die expeditiones, so in Gnaden und andern Sachen / insonderheit aber diplomata über den Fürsten / Grafen und Herren Standt / auch *Nobilitationes, Palatinaten*, und Kayserl. Raths-Titul / sambt andern Freyheiten und Privilegien, welche wir unter den Titul und Nahmen eines Römischen Königs oder Kayser's ertheilen werden / bey keiner andern als der Reichs Cankley / wie solches von alters Herkommen / auch unserer und des H. Römischen Reichs Hoheit gemäß ist / geschehen / wie dann Krafft dieses alle diejenige *Diplomata*, so bey einer andern als Reichs Cankley unter unsern Kayserlichen Titul und Nahmen Zeitwehrender unserer Kayserl. Regierung *expedirt* werden / hiermit *null* und nichtig seyn / und die Impetranten / ehe und bevor sie aus der Reichs Cankley gegen gebührende Taxerlegung confirmirt und legitimirt, darfür im Reich nicht geachtet / noch ihnen das Prædicat oder Titul gegeben werden solle.

101

An autem Qvæstio dignitatis moveri possit illis, qui ab Electoribus, aliisque Imperii Principibus nobilitatis characterem adepti sunt? Resp. quoad territoria cujusque Status Imperii, illud merito negandum; cum & omnes Electores, & Status Imperii pariter hoc jus conferendi dignitates in territoriis suis exercere possint. Nold. *de Statu Nob. Civ. cap. 2. num. 1.*

102

Dn. de Rhetz *d. l.* Quamvis & extra Territorium, in illis idem obtineat, quos Potentissimus Elector Brandenb. vi Souvarenitatis in Borussia creavit Nobiles. Dn. Becman. *in Not. Dign. Diff. II. c. 2. n. 2.* Æque enim ibi Majestate gaudet, ut alii absoluti Reges in suis Regnis; Eandem ergo venerationem merentur collatæ ab ipso, tanquam Borussiae Duce supremo, dignitates.

Verum

Verùm circa subiectum nobilitandum ardua
 sese offert quæstio, an ei controversia Status moveri
 possit, qui propter perpetratum aliquod delictum,
 sed à summa potestate ipsi injunctum, dignitatem
 consecutus est? Hujus dignitatem in dubium vocari
 posse, statuunt communiter; cum fundamentum
 Nobilitatis sit Virtus, & in ejus præmium dignitates
 conferantur. Quicquid autem hujus rei sit, multum
 hic judicio Majestatis tribuendum, quæ licet non præ-
 mia, tamen dona, etiam non merentibus conferre
 potest, ob profundam ejus clementiam, Ratione Sta-
 tus interdum hoc exigente, vid. Dn. Becm. *in Not. Di-
 gnit. Diss. II. c. 2. n. 7.* & Nold. *c. 3. n. 24.* ubi ejusmodi e-
 xempla aliqua recenset.

Quamvis verò acquisita legitimè nobilitas in
 omnes descendentes derivetur, de illis tamen adhuc
 dubitari licebit, qui ante adeptam patris nobilitatem
 nati sunt, an quæstio ulla dignitatis ipsis de jure mo-
 veri queat? Nos negativam omninò amplectimur
arg. l. s. ff. de Senat. ubi Ulpian. inquit: *Senatoris filium
 accipere debemus & illum, quem pater in Senatoria digni-
 tate constitutus suscepit, & quem ante dignitatem.* Sic
 pariter Nobilis est, cujus pater postea Nobilis factus,
 ob universalem Majestatis concedentis voluntatem.
 Nold. *c. 8. n. 67.* Friße *Concl. 20.*

Hoc etiam in filio Regis Principisq; procedit,
 quanquam circa hoc ultimum disputent, annon ma-
 jor illius dignitas, qui patre Rege natus, quàm qui
 antè Regalem dignitatem? Venit hic mihi in men-
 tem solennis illa quæstio dignitatis, quam Xerxes o-
 lim de nascendi prærogativâ, adeoq; prælatione in
 Regno, Artemeni fratri suo natu maximo movebat:

K 3

quam

quam sequentibus verbis refert Justinus *lib. 2. cap. 10.*
Cum Artemenes maximus natu, atatis privilegio, Regnum
sibi vindicaret, quod jus & ordo nascendi, & natura ipsa,
gentibus dedit; controversiam Xexes non de ordine, sed de
nascendi felicitate referebat. Namq; Artemenem primùm
quidem Dario, sed privato provenisse: se Regi primùm na-
tum, & iterum, quod Artemenes non patre tantum, sed
& matre privata adhuc fortuna, avo quoq; materno pri-
vato procreatus sit: se verò & matre Regina natum, & pa-
trem nonnisi Regem vidisse; avum quoq; maternum Cyrum
se Regem habuisse, non heredem, sed conditorem tanti Re-
gni. Quæ tamen controversia ab Arthapherne pa-
truo, tanquam domestico iudice, ita decisa fuit, ut Xer-
xem præposuerit. Quamvis hoc magis Potentiâ A-
tossæ matris, quam jure valuisse, notet Grot. de J. B.
 109 *& P. lib. 2. c. 2. th. 29.* Ibi que filio Regis quoad digni-
 tatem & successionem nihil obesse, licet ante digni-
 tatem patris Regiam natus sit, decidit: quia in Linea-
 li successionem, simul atq; Regnum quæsitum est, spes
 aliqua parta est liberis antè natis: nam posito, alios
 postea natos non esse; nemo prius natos excluden-
 dos dixerit.

110 An verò spuriiis illis, vulgo Bastardi (*Lieb-Kind-
 der/Jungfr. Kinder*) qui ex nobilium consuetudine,
 nati, quæstio Status nobilitatis moveri possit, eò mi-
 nus habet dubii, quo nemini ignotum; illos sequi
 conditionem matris, per quam nulla nobilitas acqui-
 ritur, adeoq; de domo s. agnatione patris non sunt.
l. 19. ff. de Stat. Hom. l. si Spurius 4. ff. unde cognati. Et hinc
 jura nobilitatis patris non obtinere, neq; insignia.
 Imò si assumserint, cogi possunt, ut deponant. Nold.
 111 *n. 68. Fritz de Nobil. Concl. 20.* Notat tamen Dn. Brunn.

ad

ad h. l. 19. de Stat. Hom. hodie Comitum & Baronum liberos naturales pro nobilibus haberi. Quod idem etiam testantur Grönwegen, & Simon van Leeuwen *in Censur. Forens. l. 1. c. 2. n. 10.* scil. consuetudine apud plerasq; gentes invaluisse, quod tales omnibus nobilitatis privilegiis gaudeant, divisa modo insignia gentilia per interlineam sive trabem in transversum à sinistro dextrorsum exsurgentem ferentes. Nold. *n. 69.* Tiraquell. *c. 15. n. 25.* Sanè in naturalibus Regum & Principum id toto die obvium, eos Comitis, Baronis vel Nobilis Titulos gerere Dn. de Rhetz *lib. 1. Tit. 21. §. 9.* In aliis adhuc res dubia: illi enim parentes potestatem conferendi dignitatem illustrem habent, unde ex eorum declaratione pendet, quo loco haberi velint filios ex se natos.

112

Porro Quæstio Status rectè movetur Nobilibus, qui actus contrarios nobilitati elegerunt, & arti fordidæ se manciparunt, quia nobilitas per eas amittitur. *arg. l. ne quis 6. C. de dignit.* Quæ autem sint artes fordidæ, non convenit inter Dd. Eò refert Nold. *c. 17.* sequentes: Coquos, Laniones, Piftores, Fabros lignarios, Tabernarios, Caupones, Agitatores equorū, Argentarios, Monetarios, Histriones, Athletas &c. & in genere, qui vilibus & Mechanicis artibus, & officiis utitur, nobilitati præjudicat. Hæc tamen Tiraquell. *de Nobil. c. 27.* limitat; primò ut exercens viles artes tamdiu privilegia nobilitatis non habeat, quamdiu in his versatur. Nam si desistat, redeatq; ad statum, vitamq; nobilem, eadem recuperat. Secundo limitat, si quis non per se eas artes exercent, sed operâ servorum, aut institorum utatur. Quod idem etiam de mercatura observandum esse, cum Myn-

113

114

Mynsingero *L. 6. Observ. 54. n. 1. arbitrator. add. Nold. n. 174. Fritze Concl. 30.*

- 115 Multò magis illi quæstio dignitatis movenda, qui sceleribus vitæq; turpitudine se conspurcat; hinc propter commissum perjurium *l. quotiens 17. C. de Dign. furtum l. 1. C. quand. lic. un. sin. jud. vind.* crimen læsæ Majestatis *L. quisquis C. ad L. Jul. Maj. Et* nobilitatem amitti testantur *Nold. n. 176. Tiraq. c. 24. Fritz concl. 30.*
- 116 In tantum quidem, ut eam non recuperet, si relicta turpi vita bonis se moribus omninò devoveat, nisi per Principis restitutionem impetret. *Bart. l. 1. C. de Dignit.*
- 117 Sed quid si jam pater quocunq; modo nobilitatem amiserit, an quæstio dignitatis liberis facienda? distinguendum hic nobis omninò erit, an pater demum acquisiverit nobilitatem, & sic præjudicat liberis; an pater antiqui stemmatis nobilis, tunc licet pater nobilitate privetur, liberis tamen incolumis manet nobilitas; quamvis quoad primum adhuc notandum, si privilegium nobilitatis à Principe impetratum ad omnes posteros se extendat, patris factum liberis nocumento non facile esse debere. *Fritz Concl. 31.*
- 118 Colophonem huic capiti nobili illâ quæstione imponam, An Filiæ Regum, vel viduæ Regis, nubenti postea Principi, aliæq; personæ illustri inferioris conditionis, controversia dignitatis moveri possit, & an prior dignitas extinguatur? Quod omninò negandum *arg. l. 1. C. de Dignitat.* ubi Imperator Alexander inquit: *Si ut proponitis, Et avum consularem, Et patrem prætorium virum habuistis, Et non privata conditionis hominibus, sed clarissimis nupsertis, claritatem*
- 120 *generis retinetis.* Et tot illustria exempla adhuc hodie
in

in Germania videre est, ut cætera taceam, Electoris Saxonæ, qui Regis Daniæ filiam, Ducis Lotharingiæ, qui Regis Poloniæ viduam, Principis Auriaci, qui Regis Angliæ filiam &c. in matrimonium sumpserunt; Quæ tamen omnes Tit. & honorem Sr. Königlichem Hoheit retinent. Et generaliter ex illa l. 1. 121
C. de dign. inferunt Dd. fœminas illustres, modò non ignobili nubant, semper retinere avitæ domus dignitatem. vid. Myler. ab Ehrenbach *Gamologia Personarum Imperii Illustr. c. 5. n. 27. seq.* Calefatus *Tr. de Equestri Dignit. n. 136.*

Perit ergò dignitas accidentalis, quam ex patre 122
 vel marito priori habebat uxor; non dignitas con-
 nata; unde quæ superius dicta, de filia Regis Prin-
 cipi nupta, hoc præcipue procedit in Regnis here-
 ditariis, ubi cum spem succedendi in Regnum etiam
 fœminæ aliis nuptæ habeant, meritò Regalis dignita-
 tis, ad minimum actu primo, adhuc participes censentur. Vid. Dn. Stryk. *Us. Modern. Pandect. Tit. de Senator. §. 10.* Verùm & accidentalis dignitas ex speciali beneficio Principis inter privatos conservari, non obstante matrimonio, potest, quamvis hoc rariùs concedatur. *L. ult. ff. de Senator.*

C A P U T IV.

De

EFFE CTU QVÆSTIONIS
 S T A T U S.

SUMMARIA.

Ingressus. n. 1. controversia movetur, jura
 An Resp. cui ab altera Status sua apud exteros adhuc
L salva

salva habeat?	n. 2.	Quid si inter conjuges lis sit	
Status Regum ex possessione		de matrimonio.	n. 29.
estimatur.	n. 3.	Inter dominum & subditos de	
Exempl. Cromwelli.	n. 4.	servitiis.	n. 30.
Stephani Reg. Polon.	n. 5.	De Statu dantur Actiones Prae-	
Johannis Reg. Portugall.	n. 6.	judiciales.	n. 31.
Subditi multo magis presen-		Quales illa sint.	n. 32.
tem Statum respicere de-		Actio praedjudicialis datur in	
bent.	n. 8.	questione libertatis.	n. 34.
Controversia Status si Ordini		In questione libertinitatis.	
bus Imperii mota, interim			n. 36.
possessor defendendus.	n. 9.	Proprietatis.	n. 37.
Idem Jure Rom. obtinet du-		In agnitione partus.	n. 39.
rante Status.		Conjugis.	n. 41.
Controversia	n. 10. seqq.	Denegatione debiti conjugalis	
Status impedit			n. 42.
aliam actionem.	n. 14. seq.	In Quest. Agnationis.	n. 43.
Questio Status impedit accu-		Juris Primogenitura.	n. 45. seq.
sationem.	n. 17.	Juris Civitatis.	n. 47.
Repellit à militia.	n. 19.	Contra Status Controversiam	
Excusat à Tutela.	n. 20.	competit Remedium L. dife-	
Inducit capitalem inimiciti-		famari.	n. 48.
am.	n. 21.	Actio injuriarum.	n. 49.
Et similes cum eadem effectus		Quando hac instituti pos sit.	
habet.	n. 22.		n. 50.
Excludit ab hereditate, & lo-		Accusatio Criminalis.	n. 51.
cum facit fisco.	n. 23.	Remedia possessoria pro defen-	
An dicti effectus adhuc hodie		dendo Statu competunt.	n. 52.
obtineant?	n. 24. seq.	Vel retinenda.	n. 53.
An mota questione filiationis,		Vel recuperanda.	n. 54.
filius interim sit alendus.		Eadem Remedia competunt	
	n. 28.		

pro

<i>pro vindicando Statu Di-</i>	<i>riarum.</i>	<i>n. 61.</i>
<i>gnitatis.</i>	<i>n. 50.</i>	<i>Ut & interdictum uti possi-</i>
<i>In specie Remedium L. Diffa-</i>	<i>detis.</i>	<i>n. 63.</i>
<i>mari.</i>	<i>n. 57. & seq.</i>	<i>Quid de illo qui metuit Con-</i>
<i>Quid si quis se altero nobi-</i>	<i>liorem dicat?</i>	<i>troversiam de Statu Di-</i>
<i>Ob honorem debitum denega-</i>	<i>tum competit actio inju-</i>	<i>gnitatis.</i>
<i>rum competat actio inju-</i>	<i>ritatis?</i>	<i>n. 64.</i>
	<i>An honor armis vindicari pos-</i>	<i>sit?</i>
		<i>n. 66.</i>

QVæstio Status insignes olim progenerabat ef-
fectus, & adhuc hodie iis non destituitur, quos,
quantum temporis & instituti permittit ratio,
consideraturi sumus. Placet autem hic præmittere
qvæstionem illam publicam; An Respubl. cui move-
tur Qvæstio Status, apud exteros conservet Jura sua
integra, & pro tali interim habenda? Resp. si in pos-
sessione est, utique. Solent enim ob difficillimam
litium publicarum dijudicationem, & majora incom-
moda, exteræ Respubl. plerumq. sequi possessionem
& inde actus Imperii, durante, injustè licet, possi-
dendi causâ exerciti, pro validis habere, si non jure
agentis, saltem ob utilitatem publicam. Kulp. ad Grot.
p. 22. add. famosam illam L. Barbarius 3. ff. de Off. Prat.
Quod ipsum exempla plurima Rerumpubl. confir-
mant. Sic cum Cromwellus Regnum Angliæ usur-
paret, exteræ Resp. omnes Legatos ad ipsum mise-
runt; Satius quippe existimantes, qualemcunque
imaginem istam Regni Angliæ respicere, quam cum
Anglia omnem communionem tollere. Ipsius Aulæ
Romanæ hæc Praxis nullo non tempore usitata, pos-
sessionem attendere in controversiis publicis, & dis-
sidentibus de Regno Principibus, ejus qui Regnum

posidet, Legatos admittere. Quod non tam in
 Controversia de Regno Poloniæ, inter Stephanum
 Regem Poloniæ & Henricum III. Regem Galliæ a-
 gitatâ, observatum fuit, ubi Gregorius XIII. Stepha-
 ni Batoræi Regis Legatum admisit, licet contradi-
 centibus Henrico Valesio & Maximiliano II. Impera-
 6 tore: Sed & pendente illa ipsa Qvæstione Status,
 quam Philippus Rex Hispaniæ movebat Regi Por-
 tugalliæ Johanni, de qua supr. c. l. dictum, Papa Le-
 gatum Regis Portugalliæ, Episcopum Lamecensem
 Romam venire, & negotia illius Regni curare per-
 misit, secutus morem solennem Principum; in causis
 7 Rerumpubl. controversis possessionem sequentium;
 Quod certè & Angliæ & Galliæ Rex, & Ordines Bel-
 gii in hoc casû testati sunt, cum Johannem, tam pro
 Rege habuerunt, quam ejus Legatos admiserunt.
 Dn. Becm. in Hist. Civ. c. 2. §. 6.

8 Cæterum uti Respubl. exteræ, ita eò magis sub-
 diti in tali casu possessionem sequantur, quò minus in
 Re controversa Publica, judicium sibi tanquam priva-
 tis sumere fas est; argumento illius dicti Salvatoris
 nostri apud Matth. c. 22. v. 20. *date Cæsari quæ sunt Cæsa-*
ris. Grot. de J. B. & P. lib. 1. c. 9. th. 20.

9 In Qvæstione Status, quæ ipsis Imperii nostri Ordi-
 nibus movetur, idem obtinet. Pendente enim illâ con-
 troversia, Pars Rea, si modò in possessione sit, omnibus
 Status Juribus trui, & meritò pro Cive Imperii tamdiu
 haberi debet, donec sententia lata sit. Hi enim non sine
 injuria cives esse negantur, quorum jus morali certi-
 tudine à futura sententia, quæ fortè nunquam futura,
 aut secus etiam cadere potest, de pendet. Sveder. in J.
 P. Part. Spec. Sect. 2. c. 1. §. 4. Quod non tantum in causâ
 illâ

illâ Bremensi superius adductâ, sed & passim in Con-
 troversis Statuum observatum fuit. Quæ omnia su- 10
 um habent fundamentum in Jure Romano, ubi, si il-
 li, qui est in possessione libertatis, Status quæstio mo-
 veatur, interim jura liberi hominis non amittit, &
 contra illum etiam, qui Status controversiam movet,
 actiones instituere potest *L. ordinata 24. pr. ff. de libera-*
licausal. 14. C. eod. Dn. Brunnem. ad Tit. Cod. de ord.
Cognit. n. 25. Sicuti enim nemo alias possessionis com- 11
 modo privandus, ita nec ille, qui in possessione certi
 Status est, ob motam controversiam commodo tali
 excidere debet. Sanè in causis privatis eodem mo- 12
 dô disponit Imperator *in l. 14. C. de liber. caus.* ut in pos-
 sensione Libertatis, de cujus Statu quæritur, consti-
 tuatur, & interim pro tali habeatur. Perez *in Comm.*
Cod. ad h. Tit. n. 3.

Ulteriores autem quod attinet effectus Quæ- 13
 stionis Status in Jure Civili, varii & magni præju-
 dicii illi deprehenduntur, quia subinde de libertate
 quæstiones movebantur apud Romanos. Hinc cui
 Quæstio Status libertatis movebatur, (1) non potuit 14
 de alia causa litem in judicio peragere, nisi quæstione
 Status prius discussâ, *l. 2. C. de Ord. Judicior.* quod in-
 telligendum, nisi in possessione libertatis fuerit, uti
 supra dictum, per *l. 24. pr. ff. de lib. caus.* Non potuit 15
 sibi debitum petere *l. 5. C. de Ord. Cognit.* ob incertitu-
 dinem an hic servus fuerit, vel non. Si enim servus
 pronunciatus fuerit, tunc non ipsi debitor, sed do-
 mino ipsius solvere debuit. Cùm ergo quæstio Sta-
 tus præjudicialis sit, metitò causâ debiti eò usq; su-
 spenditur. Perez *in Cod. ad h. t. n. 2.* Idem obtinet, si 16
 alicui controversia Generis vel Familiæ moveatur,

L 3

ille

ille enim ad hereditatis petitionem non admittitur, nisi prius quæstio de veritate nativitatis fuerit finita
L. 2. C. de Ord. Judicior.

- 17 (2) Qui Status controversiam patiebatur, non poterat accusationem instituere super causa criminali *l. 1. C. de Ord. Cognit.* cum servi non admittantur ad accusationem: pariter ergo prius in Statum accusatoris inquirendum est. *Perez. ad h. l. n. 3.* Imò si ipsis accusatis Status
- 18 quæstio mota, prius de Statu, quam de crimine cognoscendum, ut sciatur, an in ingenuum, an in servum, vel ancillam constitui debeat supplicium *L. si priorem 3. C. de Ord. Cognit.* Conf. *Dn. Brunnem. Comm. Cod. ad d. tit.*
- 19 (3) Status Quæstionem patientes à militiâ rejiciebantur. *Tholos. Syntag. J. Un. l. 19. c. 3. n. 10. qui l. 42. c. 1. n. 8.* notat: testamentum facere non posse, qui de Statu libertatis dubitant.
- 20 (4) Quæstio Status alicui mota, præbet excusationem à Tutela. Nec enim ille saltem se à Tutela excusare potest, cui à pupillorum patre controversia Status mota, *§. 12. I. de Excusat. Tut.* sed & ille, qui ipsi pupillo Status quæstionem movet, non compellitur esse ejus Tutor *l. 6. §. 18. ff. d. t.*
- 21 (5) Quæstio Status operatur capitalem inimicitiam. Idem enim in jure reputatur, capitis accusare, aut de Statu libertatis quæstionem movere. *l. 14. pr. ff. de bon. libert.*
- 22 Unde omnes effectus qui inimicitiae capitali in jure tribuuntur, applicari possunt controversiæ Status. *Mascard. de Probat. Concl. 900. n. 6.* *Barbos. de Offic. & Potest. Episcopi p. 2. allegat. 41. n. 13.* *Menoch. de Pras. l. 5. pr. 42. n. 2.* *Farinac. Q. 49. n. 23.* Effectus autem inimicitiae capitales congescit *D. Hoppe. Disp. de Inimicit. capital.*
- 23 (6) Hoc effectu gaudet Status controversia, ut

ut si hæc testatori mota sit ab illo, cui testamento quidpiam relictum, ille hoc lucro testamentario privetur, & illud fisco vindicetur *l. si inimicitia capitales* §. ult. ff. de his quib. ut indign.

Cæterum hi tres posteriores effectus hodie, 24
locum inveniunt, non tantum, si quæstio Status moveatur libero homini, quasi esset homo proprius. Sed & si alicui quæstio de Statu familiæ, Civitatis vel Dignitatis moveatur. Non enim gravior injuria alicui inferri potest, quam si quis dignitate illâ, quâ pollet in Rep. aliquem dejicere attentet; unde meritò pro inimico capitali reputabitur; hæc verò inimicitia à Tutela repellit §. ii. l. de Excus. Tut. & heredem indignum successione reddit. d. l. 9. pr. ff. de his quib. ut indigne. 25

Quâ occasione disquiri meretur, an Quæstio Status, si mota, ejus efficaciam sit, ut filio vel patri tollat debitum illud alimentandi? Negatur, cum pendente lite pater teneatur certam portionem singulis annis filio dare *l. 27. §. 3. ff. de Inoff. Testam. Gloss ad L. f. C. de alend. liber.* quod idem confirmat Dn Brunnem. ad *l. 25. ff. de agn. & alend. liber. n. 24* ubi inquit: Quando mater impragnata agit ad alimenta, negante licet patre factum suum esse, saepe solent in judiciis, ob præsumptiones urgentes, interim alimenta ex bonis patris præsumptivi decerni; quod etiam Mens. Septembr. ann. 1657 in Facultate nostra factum. Ad alimentationem enim naturaliter tenetur pater *l. 5. ff. de agn. & alend. lib. & l. 3. & seq. C. eod.* Jam, si hæc provisio omitteretur, per indirectum filius privaretur bonis suis, dum adimerentur media ad illa perveniendi, vel fame omninò ipsi pereundum. Uti autem Parentes liberos, ita liberi Paren- 26
tes, 27
28

- tes, si illos tales esse negent, debent alere, ex natura Correlativorum, quorum eadem ratio. *vid. integ. Tit. C. de alend. lib. ibiq.* Dn. Brunnnem. *in Comment. Menoch. de Presumpt. lib. 1. cap. 35. n. 16.* Eadem necessitas alimentandi tenet conjuges, etiamsi negent vinculum matrimonii, modò in quasi possessione constituti, ab omnibus pro talibus reputentur. *Menoch. de Presumpt. lib. 1. quest. 35. n. 18. Col. de alim. lib. 1. cap. 10. n. 4. Conf. Disp. Dn. Friderici Strykii de Decreto Interimistico c. 1. n. 65. seq.*
- 29 Dum inter subditum & Magistratum Qvæstio Status pendet, tenentur nihilominus subditi officia sua, & operas præstare, donec causa decisa *l. 14. ff. de probat. c. 24. X. de Elect. & Elect. Potest. Hufan. de homin. propr. c. 5. n. 35. seq.*
- 30 Ad effectus Qvæstionum Status meritò referendæ sunt Actiones, quæ competunt illis quibus Qvæstio Status movetur. Dantur autem in genere circa hoc negotium Actiones Præjudiciales, quæ ex Jure in Personam alterius, vi Status Civilis competente, instituuntur. *Dn. Præses in Not. ad l. de Ad. §. 13. Hufan. de Hom. Prop. Quest. 6. pag. III. seq.* De quibus utut prolixè disputetur, an reales sint, an personales; ipse enim Imp, *in §. 13. l. de Ad.* dubitative loquitur, *in rem esse videntur.* Attamen cum de eo prolixè egerint Commentatores *add. §. 13. ad illos Lectorem remittimus, in specie ad Ludwell. Bachov. Vinnium.*
- 31 Sanè habet hæc actio aliquid irregularitatis, si tamen à potiori facienda denominatio, realibus accedit propius, & eapropter earum numero meritò comprehendi potest.
- 32 Tantum videbo, quibus casibus præjudicialis actio intentari possit. Et (1) Jure civili tantum in casu
- casu

casu motæ libertatis controversiæ illam locum habere, ostendit Imp. in §. 13. *f. de Act.* Quando ergo in controversiam venit, *an aliquis liber sit*, actione directâ præjudiciali agendum, non saltem si dominus experiatur contra illum, quem servum suum esse præ tendit. Sed & si quis alterum in libertatem vindicare velit, qui in servitute constitutus. E. G. si pater filium, uxor maritum, mater filiam in libertatem vindicet *l. 3. ff. de Liberal. Caus.* In hac enim Status causâ, & uxor mariti causam agere potest. Dn. Brunnem. *Comm. ff. ad d. 1. 3.* 35

(II.) Actionem præjudicialem concessit Prætor, si de Jure Patronatus vel libertinitatis controversia moveatur illi, qui se ingenuum profitetur, quorum sum pertinet *tit. ff. si ingen. off. dic.* Quæ actio utiliter applicari solet propriis hominibus, qui se proprieta ti der Leibeigenschaft & per consequens servitiis subtrahere volunt. vid. Manz. *ad §. 13. l. de Act.* Svenden dorffer *de Act. forens. c. 1. Membr. 2. Sect. 1.* De quo pluribus egit Joh. Herm. Stamm, *de servit. Personal. lib. 3. cap. 29. n. 1. seqq.* Imò eadem hæc actio utiliter applicatur Magistratibus, quorum cives ab aliis detinentur, quò illos in libertatem vindicent. vid. Mev. *p. 1. dec. 16. n. 1. seq.* Stamm. *d. cap. 29. n. 4.* 36 37 38

(III.) Præjudicialis actio locum invenit, si de Statu Familiæ quæstio incidat; Et hoc quidem tam inter parentes & liberos, quàm ipsos conjuges. Inter illos quidem, si pater filium, vel filius patrem agnoscere nolit, de qua materia extat integer *Tit. ff. de agn. vel alend. lib.* Et hanc actionem de partu agnoscendo expresse præjudicialibus adscribit Imp. in §. 13. *l. de Act.* Et his casibus præjudicio locum fore pari- 39 40

- 41 ter asserit Jctus in l. 3. §. 3. & 4. ff. de agnosc. lib. vid. O-
 dendorp. Act. Forens. Class. 13. Act. 9. Inter conjuges to-
 ties nascitur hæc actio, quoties vel alter alteri nega-
 verit, se esse conjuges; quorsum pertinet d. l. 3. §. 4.
 quamvis ibi præjudicialis actio propriè non detur,
 quia negatur esse uxor, sed quia filio eapropter Sta-
 tus controversia movetur, quod mater ipsius non
 fuerit vera uxor, uti ex contextu præcedentis §. appa-
 ret. Receptum tamen est, & hanc actionem conju-
 gibus tribuere. Struv. Jurisprud. Rom. Germ. L. & Tit. 15.
 42 §. 7. Eandem actionem quoque locum habere vo-
 lunt, si conjuges debita sibi non exhibeant officia, ad
 quæ alter alteri vi nexus conjugalis obstringitur,
 43 Richter p. 1. decis. 9. Aliis quoq: cognatis vel agna-
 tis, quibus sanguinis denegantur jura, utilem hanc ac-
 tionem præjudicialem competere, ad asserendum
 jus agnationis, non videtur negandum. Wesenbec.
 Vol. 1. Cons. 44. n. 4. sq. Gædd. Consil. Marburg. 32. n. 5. vol. 3.
 44 Quæ & hoc effectui institui potest, ut liceat uti Fa-
 milia insignibus. Hœping. de Jur. Insign. c. 24. n. 43. sqq.
 45 Vinnius ad §. 12. I. de Act. n. 7. in fin. Imò & de ipso
 primogenituræ jure vel iniquè prætenso, vel dene-
 gato ad præjudicialem actionem recurrendum esse,
 puto, præsertim illo casu, si non constet, quis ex ge-
 mellis prior in orbem prodierit, quo casu, pro quo-
 nam tandem pronuncianandum sit, prolixè tractavit.
 46 Tiraquell. Tr. de Jur. primogenituræ cap. 17. Imò & illi
 actioni utili locum esse censeo, si quidem aliunde con-
 stet, quis sit primogenitus, verum jus excludendi ul-
 tragenitos ipsi ab aliis denegatur. E. G. si, (quod in
 domo Saxonica Naumburgensis lineæ non ita pri-
 dem à Duce Mauritio beatisf. memoriæ factum) pa-
 ter

ter testamento primogenituram introduxerit, filiosq; ultragenitos appennagio contentos esse jusserit; ubi omnino præjudicialis exsurgit quæstio, an ibi locus sit juri primogenituræ, & an per testamentum hoc legitimè introduci potuerit? Hac enim quæstione decisa, quam regulariter negativè resolvunt Dd. Reinking. *de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1. Class. 4. c. 14. n. 34. sq.* corrui quæstio: an ultrageniti apennagio contenti esse teneantur.

47

(IV.) Præjudicialis actio instituitur, si aliquis Jura Civitatis prætendat, vel hæc ipsi ab alio denegantur. Struv. *Exerc. 48. th. 68.* Quâ ratione verò quis probetur civis vel quomodo jus civitatis acquiratur, Vid, Mev. *ad Jus Lub. lib. 1. Tit. 2. ad Rubric.* Menoch. *lic. 2. pres. 30. & pres. 42.* Mascard. *de probat. Vol. 1. Concl. 295.*

48

Post actionem præjudicialem ob controversiam Status iniquè motam competit etiam famosum illud remedium *L. Diffamari s. C. de ingen. manum.* quod principaliter introductum ad defendendam Status integritatem, contra omnes sinistras diffamationes. Cujus Legis praxis, cum ab aliis prolixè tractata sit, actum agere nolumus, sed lectorem ad Barthol. Blarer, *Casarem Contard.* Hieron. Cagnol, ex professo illius Legis practicam tradentes, remitto.

49

Porro nullum est dubium, ex Quæstione Status inique mota, nasci etiam Actionem Injuriarum *L. non solum 11. §. ult. ff. de jur. L. 12. ff. eod.* Quæ enim gravior injuria esse potest, quàm si quis Statum alicujus quo in Rep. gaudet, turbare fatagat. De cætero autem non mox ob motam Status controversiam actio injuriarum instituenda, sed tunc demum, si contra actorem fuerit pronunciatum *L. siquidem 10. C. de injur.* qui textus generali Regulæ occasionem dedit: Si injuria

50

51 ex processu orta, non nisi finito processu vindicari potest. Pariter, si de calumnia Quæstionem Status moventis constet, etiam criminalis accusatio permiffa est *L. 31. C. de Liberal. Caus.*

52 Ulterius quoq; Remedia possessoria dabuntur illi, qui in possessione certi Status turbatur. Interdictum enim utile *uti possidetis* contra quoscunque jurium turbatores extenditur. Vid. *Dd. in Tit. ff. uti possid.* & *Menoch. Rem. 3. Retin. poss.* Sic ob filiationis quasi possessionem datur Mandatum Manuentionis. Post. *Tractat. de Manuention. Observ. 10. n. 60.* Pariter illi, qui est in quasi possessione fraternitatis vel consanguinitatis idem remedium competit. *Peregrin. de Fideicom. Artic. 43. n. 66. & 67.* Postius *Observat. 34. n. 2.*

54 Imò & recuperandæ possessionis remedia competunt, si quis per vim vel aliter quasi possessione sui Status sit dejectus. Locus enim hic esset Remedio *c. Redintegranda C. 3. q. 1.* Nam & Statu suo spoliatus, ante omnia restituendus. Unde & remedio *L. si quis in tantum 7. C. und. vi locum esse dicunt,* si dominus servum in quasi possessione libertatis constitutum, propria auctoritate in servitutem retrahat. *Menoch. Rem. 9. Recup. Poss. n. 301. sq.*

56 Cæterum quæ huc usque adduximus Remedia pro defendendo vel impugnando Statu alterius, illa pariter applicari possunt ad dignitatem Status. Nam *57* & hic utilis actio præjudicialis locum inveniet, si conditio illa, ob quam quis dignitate pollet, in dubium vocetur. Pariter & illi, cujus dignitas in dubium vocatur, competit Remedium ex *L. diffamari C. de Ingenuis manumiss.* ad restitutionem honoris, & pœnam Privilegio insertam, sc. quando vel diffamatione, *58* jacta;

jaetatione, traductione, sugillatione, vel alia loquacitate spontè & ultrò effusa, alicujus dignitas læditur, & nobilitas in dubium vocatur Gail. *lib. 1. Obser. 10. n. 2.* Hœping. *de Jur. Insignium cap. 14.* Fritze *de Nobil. Civ. Concl. 26.* Cùm enim hoc Remedium bonis perfugium, solatium, ac portus adversus quoscunq; improbos teli vice sit. Gilhaus. *de Injur. §. 5. n. 139.* multò magis in causa nobilitatis tanti præjudicii, quæ ipsum hominis honorem, & existimationem, quæ omnium rerum pretiosissima *arg. l. 104. ff. de R. J.* tangit, obtinere debet. Hœping. *cit. loc.* Quam tamen actionem non dari ei, cui alter objicit se esse nobiliorem, probat Nold. *de Statu Nobil. Civ. c. 13. n. 116.* cùm eo ipso non neget, alterum non esse nobilem, sed præsupponit atque fatetur, eum nobilitate gaudere, licet non in æquali eminentia. Uti in terminis terminantibus Autores apud Nold. *d. l.* tradunt.

An autem Nobilis, cui honor debitus denegatur, utpote, quod postpositis omnibus ultimo loco collocetur, vel tituli minus competentes ei tribuantur, actionem injuriarum possit instituere? In utramque partem à Dd. disputatur, quos alleg. vide apud Nold. *n. 112.* Nos omninò, si animus injuriandi appareat, actionem injuriarum locum habere opinamur. Hœping. *d. c. 14. n. 59, & 60.* Feltman. *de Tit. Honor. c. 76. n. 13.* Omnis enim læsio dignitatis actionem injuriarum parit *L. 1. §. 2. ff. de injur.*

(2) Datur Interdictum Utile uti possidetis, ei, qui quæstionem dignitatis passus est, quia ei hoc pro rerum incorporalium possessione datur *l. f. ff. uti possidet.* & contra eum, qui jus alterius obscurum facere nititur, ut turbatorem rectè hoc interdictum intentatur.

tatur. Menoch. Rem. 3. n. 299. de Retin. possess. quod omnino ille facit, qui nobilitatem alterius in dubium vocat, arma & insignia corrumpendo, & honori, quantum in se est, detrahendo. Faber in l. un. Col. 3. vers. sed queritur C. uti possidetis hinc & quaestionem dignitatis passus saluberrimo hoc interdicto se defendat. add. Nold. n. 118. Fritz. Concl. 26.

- 64 Sed si quis nondum diffamatus, metuit tamen controversiam Status in futurum? Potest implorare Principem, ut declaretur, se ab hac, vel illa familia descendere Schneidewin. ad §. 13. n. 34. l. de Act. se esse
- 65 Comitem, Baronem, Nobilem. Hinc etiam qui est in possessione Libertatis, vel alicujus juris, petere potest, ut per decretum Manutentionis in ejus quasi possessione defendatur; & si specialem adversarium habeat, imponatur silentium ei, a quo metuit controversiam Menoch. de ad. poss. Rem. 4. n. 348. Mascard. de Probat. Concl. 980. n. 4. Vol. 1. Nolden. n. 115.

- 66 An autem praetermissis hisce remediis, quis armis denegatum honorem vindicare possit? Non facile puto, cum propria ista vindicta non parum auctoritati judicis detraheretur. vid. pl. Nold, n. 119. in f. Finkelth. Observ. 37. n. 22.

CAPUT V.

De

FORO QUÆSTIONUM
STATUS.

SUMMARIA.

Competentia judicis in omni causa est attendenda. n. 1. | Quisnam in Statu naturali sit Judex? n. 2. Armis.

<i>Armīs hic causa ventilantur.</i>	<i>Exemplum suspensionis Regi- nae Svecicae.</i>
n. 3. & seq.	n. 28. & seq.
<i>Quandoq; Mediatoribus cau- sa committitur.</i>	<i>Impugnarunt hanc Sveci, quod non omnium Statuum con- sensu fuerit facta.</i>
n. 6.	n. 30. sq.
<i>Status Imperii jura sua juris viā persequi debent.</i>	<i>Solus Imperator de preceden- tia judicat.</i>
n. 7.	n. 32. & seq.
<i>Causa Status Immedietatis pertinet ad Cameram.</i>	<i>Ut & de Quæstione Digni- tatis.</i>
n. 9.	n. 34.
<i>Vel Judicium Aulicum.</i>	<i>Quid si propter delictum pe- nitus in bannum conjici- endus Princeps?</i>
n. 10.	n. 35.
<i>An locus sit iudicio Austrega- rum?</i>	<i>Nimiā licentiā hic usus Fer- dinandus II.</i>
n. 11.	n. 36.
<i>In causis exemptionum Fisca- lis cesareus coram Came- ra litem movet.</i>	<i>Quomodo hoc per Capitula- tiones restrictum.</i>
n. 12. & sq.	n. 37. sq.
<i>Quid si de ipsis feudis na- scatur controversia?</i>	<i>Quodnam sit forum privatē Status Quæstionum?</i>
n. 15.	n. 39.
<i>An hic Imperator judicare teneatur cum consensu Sta- tuum?</i>	<i>An hoc in loco deprehensionis fundatum sit?</i>
n. 17. & seq.	n. 40.
<i>In Quæstione Juris suffragii & sessionis Judex non sa- lus est Imperator.</i>	<i>Quæstio Status coram maxi- mo iudice movenda.</i>
n. 20.	n. 41.
<i>Praxis Imperii allegatur.</i>	<i>Eapropter non potest alii de- legari.</i>
n. 22.	n. 42.
<i>Exemplum ratione Voti Sax- onici Quersfurtensis ad- ducitur.</i>	<i>Nec valet de ea Compromis- sum.</i>
n. 24.	n. 43.
<i>Quid in receptione Principis Hohenzollerniani observatum sit?</i>	<i>Quis competens Judex in vindicatione propriorum hominum?</i>
n. 26.	n. 44.
<i>De suspensione à Sessione & Voto.</i>	<i>In quo foro de legitimitate partus agendum?</i>
n. 27.	n. 45.

Ar



<i>An indistincte ad Consistorium pertineat?</i>	<i>n. 46. sq.</i>	<i>Applicatur hoc Nobilitatis Questioni.</i>	<i>n. 55.</i>
<i>In causa filiationis non valet Compromissum.</i>	<i>n. 48.</i>	<i>De Judicio Equestri ad reparandam famam in Silesia.</i>	
<i>Questio Status durat per 30. annos.</i>	<i>n. 49.</i>	<i>Commendatur hoc ipsum.</i>	<i>n. 50. seq.</i>
<i>Post mortem mota expirat quinquennio.</i>	<i>n. 50.</i>	<i>Laudatur Sereniss. Electoris Brand. Edictum contra Duella.</i>	<i>n. 63.</i>
<i>Nisi pro meliori Statu quis agere velit.</i>	<i>n. 52. sq.</i>	<i>Concl. Disput.</i>	<i>n. 62.</i>

I **Q**UOD quis Jus suum mediantibus actionibus consequi possit, Judex adeundus est, & quidem competens. Nam litigare coram Judice incompetente, est litigare coram homine privato, qui Jus dicendi facultatem non habet *l. 1. ff. de off. Presid.* Zanger. *de Excep. c. 1. p. 2. n. 2.* Proinde destinavimus ultimum hoc caput disquisitioni Judicis competentis in causa Status.

2 Adduximus supra *c. 1.* quaestiones nonnullas Status, quas in Statu naturali sibi invicem solent movere Respubl. jam quisnam eorum sit Judex, videndum?

3 Constat autem, Summas illas Potestates neminem nisi *DEUM & Ensem* supra se agnoscere; adeoque illos in Quaestionibus Status existere judices, dicendum erit; hinc jura sua, si aliter illa obtinere non possint, armis subinde vindicant; deficientibus quippe judiciis, incipit bellum. *Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 1. Th. 2.* Hinc etiam pro libertate nullo non tempore gravissima suborta bella, quae eò magis licite suscipiuntur, (Laudat enim sapiens Seneca *L. 11. c. 7. arma moventes, si honestis causis pro fide, pro foedere, pro libertate in bellum accincti sint*)

Sint) quò major est injuria, libertatem alicui velle eripere, quippe quæ inæstimabile bonum Cic. *de Offic. lib. 1. cap. 20. p. m. 58.* & quo iniquior causa est belli, illos subigere, qui vel quasi digni essent, qui serviant, vel improbi, deque DEO malè sentientes. Grot. *lib. 2. cap. 22. th. p. 12.* Quod etiam superiori Seculo, in causa Americanorum Hispanis exprobratum fuit: *Jure belli adversus Indos agi non posse, & libertatem quæ illis propter infidelitatem erepta esset, restitui debere*, id quod etiam comprobarunt Paulus III. Pontifex, & Carolus V. Imperator. vid. Dn. Becm. *in Hist. Civ. cap. 1. n. 2.*

Licet verò armis, uti dictum, Summæ Potestates Jura sua vindicent, & *Ensem* judicem constituent, solent tamen & sæpe judices in causis inter duas Respubl. controversis agnoscere, sed non nisi voluntarios, qui nomine *Arbitrorum* s. *Mediatorum* veniunt, mutuo partium consensu ad decisionem causarum constituti. Quorum officium exponit Grot. *de J. B. & P. lib. 3. cap. 20. th. 46. seq.*

Cæterum in Imperio nostro Germanico saluber- rimis LL. provisum, ne Status Imperii Jus suum controversum inter se armis, sed viâ juris quærant. *art. 17. n. 7. I. P. O.* Hinc pro diversitate Causarum Competentes habent ad decisionem earum Judices. Aliud enim in Feudalibus, aliud in Matrimonialibus, aliud in Criminalibus, in Civilibus aliud Judicium datur, quæ singula peculiari Disputat. exposuit D. Sveder. *de Foro Personarum Illustrium.* Ad causas Civiles omninò referri posse Qvæstiones Status, quæ ratione Immedi- tatis suscipiuntur, autumo. Hinc & eundem cum aliis causis videntur sortiri judicem, qui est Camera Imperialis Spirensis. Camera enim Jurisdictio ad omnia

N

se ex-

18
 se extendit negotia, & personas, quæ ad Jurisdictionem spectant Imperatoris. *Ordinat. Cam. p. 2. Tit. 27.* ibi weiter ordnen/ setzen und wollen wir. *Limn. Enucl. l. 4. c. 73. n. 24. seq.* nisi quæ personæ & res singulariter sunt exceptæ, & ab ea exemptæ. *Sveder. in J. P. Sec. 1. cap. 13. §. 10.* Idem etiam de Judicio Aulico dicendum erit, sc. & hic Quæstiones Status, quæ ratione Immedietatis moventur, examinari posse, cum hoc concurrentem habeat Jurisdictionem cum Camera R. S. D. *Tit. 2. verb.* So wollen wir auch/ daß unser Reichs- Hoffrath in denen Fällen / darinnen wir und unser Vorfahren am Reich unserm Cammer- Gericht Concurrentem Jurisdictionem mitgetheilet &c. *add. Capit. Leopold. art. 42. Burgoldens. ad J. P. art. 5. p. 2. disc. 20. n. 18. Blum. de Proc. Camer. Tit. 25. n. 41. Limn. Enucl. lib. 4. cap. 78. n. 4.*

10
 II Ad Austregarum tamen Judicium ejusmodi Quæstionis Status decisio minimè pertinet; cum enim res hæc tanti præjudicii, ut universum tangat Imperium, meritò ad causas eorum Jurisdictioni exemptas referenda, quas recenset *Limn. En. lib. 4. cap. 76. n. 11.* Quamvis in illis obtinere possint, quæ privatum Principis interesse sive Statum respiciunt. *Ord. Camer. p. 2. t. 2. add. Dn. Stryk, Præceptor noster Fidelissimus in peculiar. Disputat. de Foro Austregar. n. 33.*

12
 13 Cæterum, uti Generali Imperii Lege constitutum: Fiscalem Cæsareum inquirere debere in causas Exemptionum Imperii, & contra eos procedere, qui aliis movent Quæstiones hæc Status R. A. *ann. 1548. §. etliche andere aber*; ita quòd in specie in causis exemptionum, partes litigantes sequantur Judicium Camerale, spretis omnibus aliis Statuum instantiis, pariter promulgatum eod. *Rec. de ann. 1548. §. und soll unser. §. wo aber in solchen an 76. §. zum andern Gail. lib. 1. O. 21. Viet.*

O. 21. Viet. *de Caus. Exempt. Imp. concl. 40.* qui plures ibi allegat Doctores. Quod ipsum etiam comprobant, tot Processus in Camera hac de causa instituti, & illa ipsa sententia, in causa Regis Daniæ contra Hamburgenf. supra c. 2. adducta, quæ ex Camera prodiit, idem abunde testatur. 14

Quod si verò non de sola immedietate Status Qvæstio moveatur, sed diversi Status inter se de ipsis feudis Regalibus controversias moveant, longè alia ratio est. Non enim hoc casu sibi Camera Jurisdictionem arrogare potest, utpote quam ipse Imp. sibi soli hoc casu reservavit. *Ord. Cam. p. 2. Tit. 7.* ubi notanter de casu agitur: Von Fürstenthum / Graffschafften etc. die einem Theil gänglich und endlich abgespröchen werden sollen. Ex quo sequitur, illas prætensiones circa feuda Principum, quæ non ipsius feudi substantiam afficiunt, in foro Principum Ordinario, scil. Camerâ adhuc cognosci posse. 15 16

Quæ verò hic aliàs disquiri solent, an scil. Imp. priori casu, si de Principatibus ipsis cognoscendum, aliorum Principum consilio uti necessum habeat, ab utraq; parte disputatum est à Doctores. Pro negativâ pugnat Stamler *de Reservat. Imper. §. 38.* Affirmativam adstruit Conring. *Disp. de Judic. Imper. §. 48 seq.* Burgoldens. *ad Instrum. Pac. p. 2. Diss. 20. §. 3. sq.* Ego consultum id esse censeo, ut fiat; sed necessitatem juris adesse, non video: Nullibi enim per LL. fundamentales ad hoc obstringitur Imp. Nec exempla, ubi libera voluntate Status alios in consilium vocavit, jus facere possunt. Pertinet huc insignis locus in *Instrum. Pac. Cesar. Svec. Artic. 5. §. quoad Processum 54.* ibi: *Libertatibusq; sit d. Cesareæ Majestati in causis Majoribus, &* unde 17 18 19

unde Tumultus in Imperio concitari possunt, insuper etiam quorundam utriusq; Religionis Electorum & Principum sententias & vota respicere; qui textus libertatem Imperatori hoc casu competentem satis evincit.

20. Procedunt dicta de Foro Quæstionis Status, quæ ratione Immedietatis, & interdum ratione feudorum

21. movetur. In controversiis de Jure suffragii & Sessionis in Comitibus, Judex, non tantum Imperator est, sed & cæteri Status Imperii. Uti enim juxta præsentem Imperii Statum, non solus Imp. constituit Statum, ita de ejus exclusione non potest solus judicare, ex natura oppositorum, & expressa cautione in Capit. Leopold. art. 3. verb: Und ohne der Churfürsten/ Fürsten und Ständen vorhergehende Einrath und Bewilligung / keinem Reichs:Standt / der Sessionem & Votum in den Reichs: Collegiis hergebracht hat / darvon suspendiren oder entschliessen.

22. Hinc semper in causis hujusmodi controversiis, Universi Status ad deliberationem concurrunt, Imperator verò per Decretum Cæsareum penitus illas dirimit. Diriguntur tamen supplicationes s. Memorialia ab utraque Litigantium parte, subinde ad solam Cæsaream Majestatem, quæ postea Directorio Moguntinensi illa transmittit, eo fine, ut Status Imperii de eo deliberent, & quid sentiant, Cæsareæ Majestati vicissim exponant, (vulgò ein Gutachten an Ihr. Kayserl. Mayestätt überschießen.) Remisso autem à Statibus universis hoc Concluso (das Gutachten) insimul imploratur Cæsar, velit hoc pro Autoritate Cæsarea ad effectum perducere. Quod & facit; Decreta in causis hujus Cæsarea auctoritate emittendo: Uti Processum hunc, in causa Bremensi superius allegata, observatum esse.

esse testatur Autor *Comit. Ratisbon. p. 151. add. Bertram de Comit. Concl. ult.*

Notabile hujus rei exemplum, sc. non folius Im-
 peratoris arbitrio ac decisioni subjacere, an quis Jus
 suffragii in Comitibus habere debeat, vel non, in præ-
 sentibus contigit Comitibus. Cùm enim Anno 1663. d. 21.
 August. Dn. Administrator Magdeburgensis Speciale
 Votum in Comitibus desideraret, respectu Districtus
 Qverfurtensis, unter dem Nahmen und Auffruff Sach-
 sen-Qverfurth / & Imperatoris assensum desuper jam
 impetrasset; non tamen aliter consensum præbere vo-
 luit Imperator, quam si Ordines Imperii in illam rece-
 ptionem pariter consensissent. Verba Memorialis Sa-
 xonici die jam dicto Statibus Imperii oblatis ad illu-
 strationem hujus Materie hic excerptare libuit: Aller-
 massen nun die Röm. Kaysrl. Maj. sich hierüber ganz willig /
 und in allen Kayserlichen Gnaden erklärt / und diese Sach zu
 völliger Außmachung an dero allhier subsistirende höchstansehnli-
 che Gesandtschaft remittirt, und es nunmehr darauff beruhet /
 daß diese Materi in den beeden hohen Chur- und Fürstlichen
 Collegiis vorgenommen/und zur Umfrag und Consultation vor-
 gestellet werden solle. Also habe ich nicht unterlassen mögen /
 Euer Hochwürden und Gnaden / wie auch meine Hochgeehrte
 Herren Abgesandte / htemit gebühr- und hochangelegenen Fleißes
 dienstlichen und freundlichen zu ersuchen / Sie wollen im Na-
 men und an statt Ihrer hohen Herren Principalen es in die zu-
 längliche Wege einrichten und vermitteln helffen / auf daß höchst-
 gedacht Ihre Fürstl. Durchl. und Dero Fürstliche Descenden-
 ten Ihren vorgezihlten Scopum zu Erhebung des Voti und
 Sessionis auf Reichs- und Krenß-Tagen / unter dem Nahmen und
 Aufauff Sachsen-Qverfurt / würcklich assequiren und erlangen
 mögen. Vota Statuum Imperii super hoc suffragio Quer-
 furtenfi exhibet Johann Georg Kulpis *ad Monzamban.*

26 *cap. 2. §. 6. p. 446.* Fateor tamen olim super admiffione non adeo deliberaffe Status Imperii, fed ipfos contentos fuiffe, modò Imperator ipsis intimaffet, fe huic vel illi Jus Status & fuffragii concessiffe, & ita novus ille Status folenniter introductus effet, ficuti hoc apparet ex fingulorum Statuum votis in receptione Principis Hohenzollerani datis, quæ refert Londorp. *Act. Publ. Tom. 4. p. 865.*

27 Sufpenfionem verò à Voto & Sefione quod at-
tinet, ejus folenne exemplum fuperioribus annis vide-
re fuit in Reginâ Svedix, quæ ob nondum præftitam
Pomeraniæ reftitutionem Electori Brandenburgico, à
Voto & Sefione in Comitiiis per Decretum Cæfareum
28 exclufa fuit. Verùm pariter non folo Imperatoris ar-
bitrio, fed prævio aliquorum Electorum affenfu id fa-
ctum effe, oftendit Decretum illud fufpenfivum ad
Mareschallum Imperii hereditarium Dn. de Pappenheim,
quod fequenti tenore exhibet Londorp. *in Act. Publ.
Tom. 6. lib. 5. cap. 2.*

29 Demnach Allerhöchftgedacht Ihre Kayserl Majest/
fich/ mit vorgehabten Rath deren zu Prag damahls
anwesenden Herrn Churfürsten / auff Anhalten des
Herrn Churfürsten zu Brandenb. gegen Ihrer Churfürstl.
Durchl. dahin erkläret/ daß ehe und bevor die Cron Schwes-
den/ dem Frieden-Schluß zur Folge/ der Churf. Durchl.
Ihre Hinter-Pommerische und Stifftische Lande resti-
tuiret / Sie die Königin und Cron Schweden/ weder zu
der Reichs-Belehnung über die *loco satisfactionis* zu-
geeignete Lande/ viel weniger *ad sessionem & votum*
auff gegenwärtigen Reichs-Tage admittiren / noch
sonsten etwas Ihrer Churfürstl. Durchl. zum præiudicio
vorgehen lassen wolten : Und dann sich bey Allerhöchstge-
dachter

gedachter Ihrer Kayserl. Majestätt der allhier gewesene
 Chur-Brandenburgische Abgesandter ferner gehorsambst
 beklagt/ daß von der Königin und Cron Schweden Ihrer
 Churfürstl. Durchl. obangeregte Restitution noch nicht
 wiederfahren seye/ mit Bitt/ die Schwedische Gesand-
 ten weder zu der bevorstehenden Kayserl. Proposition
 beruffen zu lassen/ noch zu dem *Voto* und *Session* zu-
admittiren; und dann solches erwehnter Kayserlicher Er-
 klärung allerdings gemäß: Als haben mehr allerhöchstge-
 dachte Kayserl. Majestätt gnädigst anbefohlen/ dessen Ihr
 Herrn Erb-Marschallen zu dem Ende/ und *per Decretum*
 zu erinnern/ damit er sich bey so bestalten Sachen auch sei-
 nes Orts/ wegen bevorstehender Kayserl. Proposition zu
 richten habe. Signatum Regenspurg unter Ihrer Kay-
 serl. Majestätt auffgedruckten Kayserl. Secret Insiegel/
 den II. Jan. Anno 1653.

Verum contra hoc ipsum Decretum ex eo capite 30
 excipiebant Legati Svecici, quod non omnium Statu-
 um, sed tantum aliquorum Electorum consensu illud
 esset conceptum, & hinc invalidum. Verba Memo- 31
 rialis Legatorum Svecior. d. 29. Jan. Anno 1653. exhibiti
 inter alia ita se habent: Ob wir nun wol verhoffet / es
 würde diese hochwichtige und das *fus Comitiorum* einer Kö-
 niglichen Persohn *intuitu* gedachter Herzogthümer in
 Teutschland betreffende Sach in so tieffe *consideration* ge-
 zogen/ und gleich wie höchstged. Ihre Königliche Mayst-
cum consensu Dn. Electorum Principum & Statuum Impe-
rii ein Status Imperii immediatus geworden / also auch / da
 derselben die *ex Instrumento Pacis* gebührende *Session* und
Votum in Comitibus wider alles besser Vermuthen/ und den
 Friedensschluß gestritten / und auff Erfüllung einer gewis-
 sen *Condition suspendirt* werden will/ mit den dreyen Reichs-
 Collegiis

Collegiis communicirt, und dieselbe wegen ihres allgemeinen an diesen Werck habenden Interesse vernommen worden seyn etc. Reliqua videri possunt apud Londorp. Act. Publ. Tom. 6. lib. 5. cap. 12.

- 32 Solus tamen Imperator in controversiis de Præcedentia, & Sessione Principum & Statuum Imperii Judex est, per Recess. Imper. de Anno 1500 §. wie den Irrungen der Session. Rec. Imp. de an. 1595. §. 122. Rec. 1576. §. 7. Herm. in Fasc. 7. P. c. 21. n. 24. Klock. Relat 168. n. 4. sq. Quorsum pertinet Electorum cæterorumq; Statuum Responsum in Comitibus Imperii de anno 1566. die Erkänntniß zwischen den Ständen/ so der Session halber streitig/ hânget der Kayserl. Hoheit an/ und ist Ihre Maj. als dem obersten Haupt alleine zuständig. Verum & hic plerumq; aliorum Statuum arbitrium adhibet Imperator. Exempla vid. apud Sveder. de Jur. Publ. Part. Special. Sect. 1. cap. 10. Pariter in
- 33
- 34 Quæstione Dignitatis à Cæsare impetratæ, Cæsarem tantum causæ cognitionem habere, docet Rec. Imp. d. an. 1549. §. letztlich. Nold. de Stat. Nob. Civ. c. 13. n. 120.
- 35 Longè alia ratio est, si propter delictum penitus Statu suo sit dejiciendus Imperii Princeps, & in Bannum
- 36 conjiciendus. Quamvis enim & hanc proscribendi Status Imperii licentiam sibi à Carolo V. sumpserint, & præcipue eâ abusus in bello superiori Germanico Ferdinandus II. quippe proscripserat ipse FRIDERICUM Electorem Palatinum, JOHANNEM GEORGIUM Marchionem Brandenb. Ducem Carnoviæ, CHRISTIANUM Principem Anhaltinum, FRIDERICUM Comitem de Hohenzollern, imò & Duces Mecklemburgicos, quem Ducatū wallensteinio contulerat; literæ proscriptionis Mecklemburgicæ videri poterunt apud Londorp. Act. Publ. Tom.
- 37 4. lib. 1. cap. 5. Attamen postea in Capitul. Ferdin. III. Artic. 30.

Artic. 30. non sine consensu Electorum id fieri debere, provisum. Ast nondum hoc sufficere crediderunt reliqui Ordines Imperii, sed omnium Statuum requiri debere consensum, constitui postularunt; Quem in finem in *Instr. Pac. Art. 8. §. habeantur*, cautum: ut in proximis Comitiiis communi Statuum consensu de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in Bannum, conveniretur. Verùm in Comitiiis superioribus *de an. 1654.* nihil hâc de re conventum. Nec in Capitulatione etiam Leopoldina *Artic. 29.* quicquam immutatum, futuræ tamen conventioni in præsentibus Comitiiis hoc reservatum. Ast sicuti finis horum Comitiorum, ita quoque multarum controversiarum sæpius in consultationem deductarum decisio, vix, vel serius speranda.

Privati Status Qvæstiones quod attinet, quo foro illæ urgendæ sint, de eo est *Tit. Cod. Ubi Caus. Status agi debeat.* Et quidem nec in his causis improbata est Juris Regula; quod actor sequatur forum rei, cujuscunque etiam dignitatis sit actor *L. 3. C. d. l.* Cui textui quidem refragari videtur *L. 1. C. eod.* ubi servus fugitivus, libertatem sibi vindicans, illo loco litigare compellitur, unde quasi fugitivus discescit: Non ergo, ubi apprehenditur, audiendus est, sed Præses Provinciæ eum remittere debet ad locum ubi servivit. Verum hæc *L. 1.* sine dubio intelligenda de casu, ubi servus ille fugitivus ipse actoris vices sustinet, seu se in libertatem vindicat, sic enim dominus, qui eum servum esse prætendit, & hucusq; eum tanquam servum habuit, reus fit; Ergo de hac Status causâ ibi litigandum, ubi dominus suum habet domicilium, quod convenit cum *L. 4. C. Ubi Caus. Stat. conf. Dn. Brunnem. ad d. L. 1. Cod. d. t.*

41 Cæterum causa de Statu libertatis in loco domicilii, non coram quocunq; iudice inferiore, sed coram maximo, ob sui gravitatem, ventilari debet. *L. ult. ibi. apud competentes maximos iudices C. Ubi Caus. Stat. sc. coram ipso Provinciae Præsede. L. 1. § 5. de Ord. Cognit.*

42 Quod cum ita ob maximum hujus causæ præjudicium statutum, ne promiscue de libertate Civis Romani judicetur, inde factum, quod Præses Provinciae ipse de hac causa judicare debuerit, nec alium iudicem de ingenuitate aut libertinitate dare

43 potuerit *L. Placet. 2. in fin. C. de Pedan. Judicib.* Pariter ob illam rationem receptum, quod in hac Status controversia non liceat in arbitrum compromittere; quæ de re ita Iustus Paulus: *De liberali causa compromisso facto, rectè non compelletur arbiter sententiam dicere: quia favor libertatis est, ut Majores iudices habere debeat. Eadem § dicenda sunt, sive de ingenuitate, sive de libertinitate questio sit; § si ex fideicommissi causa libertas deberi dicatur L. 32. §. 7. ff. de Recept. arbitr.*

44 Hodie in vindicatione priorum hominum ille iudex est competens, ubi deprehenditur; nec ad superiorem iudicem itur, nisi iudex inferior se suspectum reddiderit, hoc ipso, quod illum hominem, qui vindicatur, jam inter suos subditos receperit. *Mev. von Abforderung und Abfolge der Bauerleute Quest. 4. n. 94. sq. ubi plenè, quæ circa illius causæ cognitionem & Rusticorum remissionem observantur, congregat, quorsum Lectorem remitto: de ipso Processu hic observando, agit idem Mev. n. 106. seq.*

45 Si de Statu filiationis vel legitimitate partus questio sit, in quo foro tunc agendum sit, disquiritur? Pleri-

Pleriq; hanc causam Ecclesiasticam esse dicunt, & hinc eandem coram Consistorio ventilandam esse. Carpz. *Jurispr. Eccles. lib. 2. decis. 223.* Cum enim causæ matrimoniales ad Consistorium pertineant, etiam consequens matrimonii, sive partum cognitioni Consistoriali subjacere existimant, *Const. d. l. n. 8.* Distingendum puto; An de Statu filiationis quæstio moveatur ex defectu legitimi parentum conjugii; an vero ob crimen interveniens. Illo casu ad Consistoria pertinet cognitio; quia ejus decisio dependet ex validitate matrimonii, cujus cognitio subest Consistorio. *Finkelthaus. Obs. 42. n. 22.*

Hoc casu, si negetur, quod ex parentibus illis natus, sed potius supposititius sit, Magistratus secularis omninò cognoscere potest; Crimen enim suppositi partus mere civile est, hinc & à Civili Judice cognosci poterit. Cæterum nec in causa filiationis compromitti posse in arbitrum, ex generalitate *L. 32. §. 7. ff. de recept. arbitr.* existimant Dd. Accedit ratio, quod non simpliciter privati arbitrii sit, an quis sit filius alicujus vel non. Demum nec in matrimonialibus locus est arbitrio. *c. 8. X. de Arbitr.* de quo pluribus *Joh. Baptist. Perusin. Tr. de Arbitr. lib. 3. c. 2. n. 1.*

Hoc adhuc monendum, quamvis quæstionibus Status Juri nostro nullus sit præfinitus terminus, & hinc regulariter ad 30. annos extendantur, *arg. l. 3. C. de presc. 30. annas.* Specialiter tamen statutum, ne post mortem illius, cujus Status in dubium vocatur, ultra quinquennium hæc quæstio moveatur *tot. tit. ff. Cod. Ne de Stat. defunct. post quinquenn.* Et quamvis hic titulus abrogatus videatur, *per L. ult. C. ubi Caus. Stat.* Ubi Imp. illud quinquennium in præscriptio-

- ne Status sustulit : Hoc tamen intelligendum , ' si vi-
 vente adversario illa quæstio mota ; Nam post mor-
 tem demum si hæc controversia moveatur , quin-
 52 quennii præscriptio adhuc locum habet ; ita tamen
 si quis defuncti Statum deteriore facere cupiat :
 Nam si meliorem, favore libertatis etiam post quin-
 quennium patebit actio *L. 1. §. fin. & L. 3. ff. ne de Stat.*
 53 *defunct.* Sic ergo nec illi, qui ut Civis Romanus vi-
 xit, nec post mortem intra quinquennium ipsi Sta-
 tus quæstio mota, ulterior de Jure Civitatis contro-
 versia movenda *L. 4. C. eod.* quæ ipsa præscriptio eti-
 am contra Fiscum currit. *L. pen. C. d. l.* E contrario,
 si probare possis, matrem tuam, quæ in servitute,
 mortua, liberam fuisse, etiam post quinquennium es
 55 audiendus. *L. 1. §. fin. ff. d. t.* Et hæc ipsa jura utiliter
 applicari possunt, ad controversiam de Statu Politico
 motam. Si quis enim ut Nobilis vixerit, & post mor-
 tem de ficta Nobilitate ipsi nulla per quinquennium
 mota sit controversia, ulterius defuncti dignitatem
 turbare fas non erit. E contrario si pater fortè pe-
 regrinus, pro civici ordinis homine reputatus, & fi-
 lius quoq; meliori informatione destitutus, eadem
 sorte vixerit, non obstabit ipsi præscriptio, quo mi-
 nus post decem pluresve annos paternam Nobili-
 tatem vindicare possit. Quorsum referri posse vi-
 detur die Erneuerung des alten Adels / hodie non in-
 solens.
- 56 Hac occasione tangendum illud singulare judi-
 cium ad vindicandam famam Nobilium in Silesia,
 constitutum, quod vocatur Judicium Equestre das
 Ritter-Recht sive Ehren-Gericht / & ipsum judicium
 ex variis Nobilibus antiqui Stemmatis, collectum vo-
 catur

catur die besetzte Ehrentafel oder Ritterbanke. Hoc ju-
 dicitium adire debebant omnes illi Nobiles, qui qvæ-
 stionem Nobilitatis, vel honoris passi, eaq; propter,
 ab altero satisfactionem desiderantes. Constat au- 57
 tem famosum illud iudicium (1) Illustri Iudice, qui
 semper est Princeps illius Territorii, imò & Rex
 Bohemiæ ipse interdum ad id solet eligi. Cui (2)
 duodecim Nobiles ex diversis familiis, antiquitate,
 generis usque in quartum gradum ad minimum, Li-
 neæ, tam Paternæ, quam Maternæ clari, asident, ex
 quibus unus Mareschalli officio fungi debet, alter ve-
 rò Cancellarii munus subire. Nec testes hic alii ad-
 mittuntur, quàm Nobiles. Antequam verò hoc ju- 58
 dicitium inchoetur, primò per tres Nobiles compel-
 landus est injurians, an fateatur verba injuriosa; an
 verò se excuset. Hæc excusatio, si sit sufficiens, ces-
 sat hoc iudicium: Si non, causa hîc proponitur, & ab
 illustri hoc iudicio reus ad illam satisfactionem adigi-
 tur, quam reparandæ famæ alterius sufficientem esse
 crediderit. Solennia hujus iudicii tam ante quàm
 in processu observanda, abundè exposuit *Georg von*
Wenzky/von den Schlesiſchen Ritter-Recht / und Eh-
ren Gericht. Rarius fortè hoc in Silesia observabi- 59
 tur; Provocare tamen eò sine dubio adhuc hodie
 licebit, cui volupe est: Imò ante paucos annos adhuc
 in Lusatia superiori simile iudicium Equestre insti-
 tutum fuisse, percepimus. Et omninò deprædican-
 dum hoc institutum laudabile, quòd ita detractò ho-
 nori non armis, sed Iudicio à Nobilibus Viris institu-
 to consulere sibi voluerint Nobiles; prudentissime
 rati: Majestatis auctoritatem ita illibatam servari, si 60
 ejus jussu, pœnæ in malignos decernantur, & privata



95
77
3700

61 omnis excludatur vindicta, quæ in suæ ipsius detri-
mentum sibi sæpè remedia quærit, & jam læsa, de
novo læditur. Sanè eò respexit Potentissimus Ele-
ctor noster FRIDERICUS III. verè Pacificus in pu-
blicato illo ante aliquot Menses Edicto solenni, per
quod Duella illa privata indigna homine Christiano
severè prohibuit, largissimam læso honoris restitu-
tionem, gravissimas verò pœnas lædentis maligni-
tati saluberrimè decernendo.

62 Hisce telum abrumpo, Tibi Æterne DEUS æ-
ternas laudes persolvendo, pro largissima Spiritus
Tui S. assistentia, qua labores hosce meos secundare
voluisti. Adesto & imposterum omnibus meis co-
natibus, quò in Tui gloriam ac Reip. salutem tendant.
Tu verò L. Candide veniam indulgebis, si minus
perfectum Specimen hoc Academicum, & in eo ali-
cubi lapsus me deprehenderit. Nec enim ab
ætate, nec Studiis meis te ulteriora in
præsenti exacturum, certissi-
mè confido.

SOLI DEO GLORIA.



WMA

M. 17

ipsis para
Principer
re jactura
illa ipsa
la sua pra
gmen du
non tantu
vili vincu
nerantur
states, &
quò majo
ra illæ co
continua
Principe
tate, Reli
tate, imò
cùm Phi
dam Gra
lexander
affectare
re, & inst
Ammia
na, id e
sunt Pon
Orbis No
fide clien



improvilo
nam infer
at etiam in
incunabu
uas inter a
Status, quæ
ò, qui Ci
rincipis ve
mmas Pote
exercentur,
ic innume
oris spacia
ge Regem,
ubl. Liber
s, & Digni
ous. Sanè
pecula qua
Magnus A
ns, totum
es depone
olens apud
rum domi
icis imitati
onationem
sitaniæ sub
t *Quæstio*
nem